 Præcipiunt Ducis hostiles inuadere terras,
 Quæ Vintimilij lapsum diuertere pōssunt,
 Sic Pignam (quæ prima mē est impulsa Cohorte),
 Obsessam hæ tenuere, breui sed tempore, vires;
 Armaq; nostra suis, nobis, maiora dederunt.
 Romulo & in Sancto, Socijs peragentibus ista,
 Arida nām corpus febris pascebat & artus,
 Subsidi, ex quo transmisso thorace recinctus
 Pelliceo tormentorum Dux Saulius, omnes
 Dùm studet ambiguos prudens euadere casus,
 In maiorem cunctis, proh dolor! incidit vnum.
 Ingressus portas armat, collecta coaddens
 Arma foro, nè damna ferat ferus hostis in hostem,
 Scintilla casu ignem suscipiente, vel arte;
 Quilibet extensus flammis explodere scelopus,
 Armorum strepitusq; vorax auditur, & ictus,
 Quo periere viri quāplures, vulnera multi.
 Passi sunt flammis viuus tamen ille leuatus,
 Dùm sclopi explodunt in terram, fertur in alcum.
 Omirum, medijs necibus sic igne iuuante
 Tollitur, & Chirotheca manus deglubere pellem
 Cogitur ardētis; sic & volitare fauillas
 Armati astantes, fumumq; ad sydera spectant,
 Arte deos hostiles, insidiasq; timentes,

Hosti-

Hostibus ocurrunt rapidi venientibus vltro; illas
 Prosternunt multos, reliquos terrore pauentes.
 Rara Ducis virtus combusti liberat Hostes;
 Pelle fuit quæ testa super, pars corporis, illa
 Vrentes inter flamas illæsa remansit,
 Scorteæ tantisper vestis, si dura, resistit;
 Sed tamen ignifero facies, & crura vapore,
 Frons, caput, atq; pedes, oculi, genua vtraq; , nares,
 Sunt nudata cure, haud quicquam, nisi vulnera cernis,
 Seù viuam carnem, membris stillantibus, vñtam;
 Diruptiq; viri roseus cruor vndique manat.
 Ignoti vultus crustantur lumina morbo,
 Indicatos animum sola virtute ferentis.
 Aduelimur Patriam, febri collapsa trahemam
 Ossa ego, pro Patria pelle excoriatus at ille
 Hanc clarò peplo diffusi sanguinis intrat.
 Incipit ulceribus magnis crudescere plaga,
 Igne dolor lata flagrans putredine crescit,
 Quo totè, & bimis cruciatur membris, anno
 Digna dedere Patres æterna præmia laudis,
 Perpetuum tormentorum Dominatii, & Vrbis
 Præfectum sole decerunt (Respublica nunquam
 Hoc tribuit) memisse satis dum ponderat, auctum
 Nolens se super urbanos extollere mores,
 Ingenius Patribus gratia concessa recusat.

G

Inui-

50 LIBRI.

Inuidiam superans, hoc insignis honorē
Temperat, & cautus propriæ virtutis amorem.
Dicere quid licet, mihi si data copia fandi,
Huius nota viri series memoretur Auorum,
Tempore nè Heroes tantos abolere sinamus.

SAVLIA Progenies sit siue antiquitùs orta
Israel à Rege, ut narrant; ab origine Sauli
Conuerst̄ nomenuè trahens; vel Castra mouentis
Cæsaris hoc, Dūcis, Arcadij cognomen habentis,
Illi siue ortum dederit Comitiss̄ Matilda;

In dubijs̄ prisci sint hæc, vel vera, loquiuti.

Hoc verum esse fertant; Alma processit ab Urbe
Nobilibus producta viris, quos cuncta recensent
Romæ principio veterum monumenta viorūm.

Manibus Arca Dijs inscripti noscitur AVLJ
Seruilij, Ligurumquè locis seruata sepulchro.
Sæpius Urbano fuit hæc agitata tumultu,
Ciuibus impatiens tandem sapere esse labores;
Tot mala deplorans numeroſa, recessit ab Urbe.
Horum quamplures amplexus est Barcinæ pītūm;
Alterā pars voluit veteri considerare Lucte,
Publica quo terret antiquis detubra sub humis,
Stemmate, quos septē numerant iam secula diestro;
Plusquam sexcento transacti temporis annos
Hetruriæ, & Lucæ Domino, Patriq; Matilda;

Oræ

Oræ Legatorum occurrit Saulus ut unus,
 Moribus humanis à quo, verbisq; receptus
 Et fuit imperij Populorum dignus honore.
 Quem fuit Vbertus virtute sequutus, ab illo
 Natus, adhuc gradibus Lucæ quicunq; fruuntur.
 Sæcula quinq; notant, quod nomine Saulius alter
 Vrbis iurauit, reliquorum, fœderis, maior
 Intèr Lucenses olim, Liguresq; sequuta.
 Alter & Vbertus fuit Vrbi Consul vtrique,
 Nobilis, & sapiens à cunctis vndiq; scriptus
 Nicoleus pariter fuit his & honoribus auctus.
 Missus ad AEthiopum Pelusia Castra fuganda
 Supremus Patriæ lectus Laurentius armis.
 Cypria turbauit, Praefectus, Regna secundus
 Nicoleus, multis Baſtiq; Tryremibus Oram.
 Pontificem Sextum Clementem Volscia tellus
 Dùm retinet, Bricium, Romæ, Populiq; Senatus
 Noscit Legatum; hunc sociantq; Columna, Sabellus.
 Sic omnes titulis, opibusq; virisq; potentes,
 Ornatis gradibus Geniam accestere vocati,
 Clarum stirpe tenent nomen quod plura per æua.
 Trina peracta vides, quod publica sceptra gubernas.
 Cum socijs, proprias armat, munitq; Tryremes,
 Vrbanum ut foueat, sanctam Sedemq; Ioannes.
 Imperij Liguris tum Beadinellus honesta

Fœdera cum Carolo Quatto conuenta recepit;
 Alter, sunt totidem, tenuit quod sceptra Ioannes
 Octo Nobilibus iunctis, qui cuncta regebant;
 Inde Peræ Prætor, fuit & Supremus Achææ,
 Diæus ab imperio Liguruni, Egregiusquæ, Potensq.;
 Præsulis alterius mores, vitamq; Ioannis
 Insignis pietate viri scit Taurica Capha;
 Ordine Pontificis fidei fundamina firmans,
 Nobilis is, scriptis, est sèpè vocatus ab illo.
 Strenuus est miles notus Saulinus in hostes.
 Elogio Lucæ, Volutinas dum Arce tuetur.
 Magnificumq; Peræ delubrum cernitur æris (plo;
 Quo memoratur equo, vel marmore Georgius am-
 Auriæ erat Gener hic magno Hylarionis amore,
 Cui sociata fuit concordi fædere lecti
 Filia, quam genuit Paleologus æqua Bisanti
 Dans iura Emanuel suprema Cæsaris aura.
 Petro de Campo fulgoſo nupta Puella
 Manfredo fuit: hic Soceri sic astigit annis
 In Cyprum, turbat quod claro Regnâ triumpho.
 Virtutem Patris genitus sic Gaspar, & artes
 Tum sequitur, tñrulîs Patriæ decoratus, ubique
 Orat, Regis habens Aragonensis amorem.
 Ut sensus, pro libertate capesseret unus
 Orator, Caroli Quinti, Vihaenius, æquans

Iudicium

Judicium verbis, responsum traxit amicum;
 Audiuitq; diserta loqui quem Iulius indè
 Tertius, antè suam dum sese contulit Aulam;
 Alter &, accepto Carolo, Baptista Ioannes
 Pontifici summo, reliquis præclaruit, orans.
 Acceptusq; fuit, Sauonæ Rege reperto
 Nicoleus missus magno occursare Philippo.
 Nota sibi tacuit, quæ distulit armæ veneni,
 Inter purpureum tenuit quem Roma Senatum,
 Iam Bendinellus, fidei celebratus amicæ,
 Ut magis in Fidei Patrem pectate refusisit.
 Præbet Alexandri iam dicta ostenta Ticinum.
 Hic plures numerat celebratos Præfusis ordo,
 Siue Duces minime, Terraq; Mariq; minores.
 Magna Senatorum fuit huius stemmatis aura.
 Bellica tractanti, inter quos, annalia narrant,
 Octauianum Borboni tria talia fatum:
 Esse sui Ligures gratos, & Regis amantes;
 Ut numquam fuerint, sic nulli crederet illos.
 Immunes, quorum minor officiosus in omnes;
 His Ducis & mentem Galli sedauit, & iras;
 Commotis Genuæ rebus, tractauit & arma
 Centurio, antè alios Gustos qui præfuit Vrbi;
 Eneruans vires Gallorum distulit illas.
 Sic Patriæ nomen Conseruatoris adeptus.

No-

Nostraquè, dissimiles Patri, non nouerit artas.
 Tres natos, quorum primus, si tertius annis,
 Romana, senior, reliquos superauit in Aula
 Purpureo decoratus amictu Antonius ardens.
 Alter erat Paulus, quo sumpsit Horatius auras
 Vitales, sua fata sequens, quas contulit in me;
 Fælicis Patriæ magno inflammatus amore,
 Prudens sèpè gradus, fedes ascendit ad omnes;
 Prisca sequuturus veterum vestigia Patrum
 Publica quæ fierent numinis augenda reliquit;
 Sic imitatus eos, quorum præclara superbis
 Diuitijs fulget Domus alto sanguine duæ.
 Nunciat hæc Templum Collis memorabile Iani,
 Quod nunc mirandam tenet, inter cætera, formam,
 Et rata seruatitur Diui monumenta Georgi.
 Collaudare magis virtutes digniùs, omnes
 En valeant, æquare queant quæm tempore nostro,
 Emicuit quibus antè aliòs Laurentius Urbe
 Nobilis aspectu, ore grauis, vultuq; venustus,
 Regia qui Ligurum iam sceptra biennia geslit;
 A Patre desumens Octavius Ipsa sequutus
 Publica tractauit sapiens, mortiq; senili
 Succubuit, prius olli dum tulit horrida natum,
 Cui cœlestis erat teneris velocior annis
 Gratia, perspicue spirans probitatis odorem.

Tales

Tales combustus sequitur virtute Parentes
 Dux, qui nunc animi Cives moderamine vincit;
 Cuius Laus ponat dignum super æthera nomen.
 Sic tibi quæ natura dedit, fortuna secundet.
O JVVENIS, si NATA SALVS tutissima NOBIS. JOANNES ANTONIVS SAVLIUS.
 Deponit iam terra comas, & præterit æstas.
 In Vintimilium sua Patres arma resumunt,
 Se quibus Urbs paucis, Hostesq; dedere diebus,
 Reddidit infestus tandemque Cuniculus Arctem;
 Tendunt ense Duces, reliqui non arma ferentes.
 Causa mali si prima fuit contentio Pagi,
 Sentiat hic meritò postremus & ultima belli.
 Prefecti mittunt Acies, quibus omnia subdunt
 Hostes aspectu primo, excepta Arce vetusti
 Castris, cuius iter tetricum prohibetur cuncti,
 Bellica quoq; duri statuunt tormenta videre;
 His tandem vestis, vera ratione recellunt
 Concessis pactis recta transire per Alpes,
 Undique sic remanent Patres languore soluti.
QVAE pietatis amans, percussa Anathemate nūquā
 Sacras primæ Dei leges veneratur & Arab,
 Principis auxilijs Itali suffulta nec yllis,
 Fæderis arma videns cunctis succensa potentis,
 Non deserta pijs, Diuino nixa fauori,
 Viribus Hispani Regis protecta quæ, spernens

Ho-

55 L I B E R III.

Hostilem aggressum, cogit generosa regressum;
 Defendens, redimensq; breui, sua, tempore iura
 Sustinet antiquas Ligurum Republica laudes.
 Non animo demissa suo, repetita Sabaudis
 Bella locis iubet esse; pari pro, parquè relatim.
 Præsidio Pigna, & munitur Onelia, nostra
 Prælatæ, & Marri dominantur vallibus armæ;
 Præterita febri Genuæ, rectè ipse valescens,
 Ad Plebem procedo, qua insunt arma Regentes.
 Per montes expectantes valida ænea belli
 Tormenta, ut possit muris Ormæa Ducalis
 Percuti, & incolumem me peruenisse scientes
 Impluere domum dilecti, meq; salutant.
 Accluem superaffe duæ tormenta reportant,
 Et quodcunq; rotidem luce aduentura sequentia
 Instructas. Acies sum iussus habere receptas.
 Dextra manus datur Hispanis Statoris Iberi,
 Leua mihi, Ligurum primasq; mouere Cohortes.
 Sed prius alloquitur nos sic Demarchus: in hostes
 Vincendos (fortes) summas contendite palmas;
 Quilibet ultra suos Socios iam vindicet armis.
 Aspera non vos detineat via; frigora, famem
 Eiicit audaciſ vincentis militis ardor.
 Explorant aduersa viros; à fortiter actis
 Dicitur ad laydum virtus interrita culmen.

Di-

Dixerat, & primi serimur per opaca locorum;
 Corripimusq; viam, q̄ua Pagum semita monstrat.
 Iam media (Chuo superato) valle tenemus,
 Et subiecta loci muniti mænia, Castrumq; ait omnia.
 Est Ormea pede Tanari madefacta superbosq; aut.
 Mænibus antiquis, densis circumdata pinnisi.
 Postibus æratis, transennis clausa duobus,
 Collē extensa super, firmatam nunciat Arcem.
 Incōla militibus numerosis additus augat.
 Præsidium, rerum curarum copia abundans, in oī
 Cæpimus exercere locumq; simul ictibus, hostes,
 Sclopi uno miles Rectorem percutit. Vrbis,
 Visurus peragenda suis, dūti ascenderet illam.
 Tormenta, huc nondūm fuerant aduentæ per Alpes,
 Nam pluvia ingens, montis iter prohibebat inēptus.
 Spe, Duxis, hac natus Carolus cum milite fortis
 Curat, ut obsecros à nostris subleuet armis.
 Oppositis nobis, vertit sed terga repulsus.
 Postea tormentis vectis, agitamus ubique citiorumq;
 Mænia, wallamus fossis, ac aggere Castrum.
 Dūm fortuna labat, semper successibus antepat.
 Illius, & duri liceat quid dicere fati.
 Nomine Lombardus quidam præfagus haberet, illi
 Quam citus inuenit crudeli in vulnere mortem.
 Castaneas comedens, sic precum est post loentus.

H

Dux,

Dux, volo, si moriturus ero, sit ventre replete.
 Manè putans fatales euitare labores,
 Fascis iter primum facio dum ipse ante Cohortem;
 Alterius gurgustio cum clam militis abdunt;
 Cum reliquis non esse videns, sum questus in illum,
 Quem iubeo ante omnes trino fasce esse grauatum,
 Suppleat ut maius discrimen parte secunda;
 Progreditur necum timidus; tum saucius ictu,
 Fata, Deumq; vocans, eductum proijcit ensem;
 Sic miser ore vomens illas, & vulnera, mansas,
 Deficit, & remanens madida resupinus arena,
 Concidit in quæ corde sibi prædixit amico.

„ O felix cui sunt fati bona cauta futuri.
 Militis alter erat sensus mea castra sequentis
 Eiusdem fructus Ligurinis montibus extat:
 Copia; frondoso in nemore, ac in itinere Gallum
 Longinquas Equitem partes laute Orbis cunctem;
 Oppicij socius de Flisco erimainis , annis
 Præteritis triginta prius; maestauerat iste,
 Arripuitq; fugam; Fliscum dum Fiscus opertum,
 Et suffocatum, duplice sic luce carentem
 Inuenit fouea, qua se occultare putarat.
 Missus in Ormeam tunc inservire Cohorti,
 Publicas pro belli causa, stipendia sumit.
 Ingens illius vacua hic erat; & vetus arbor,

Quam

Quam tenuerit viri incensam pro frigore noctis? i. A.
 Dùm multi circumstarent, stridore monente,^{ep.} A.
 Hos pia, crudeles in se, curuata suadet.^{in vestigia} L.
 Disiungi; sic cuncti, excepto milite Flisci,^{in vestigia} L.
 Discedunt, illum clamosa corrigo voce;^{in vestigia} L.
 Sed magis insistit, nec durus ab igne mouetur.^{in vestigia} L.
 Flectitur illa cadens, miserumq; superruit ardens.^{in vestigia} L.
 Oppicij crimen iunctus si fecerat antè,^{in vestigia} L.
 Disiunctus finem sic est imitatus ad vnguern.^{in vestigia} L.
 Enarrant illum ex se decubuisse sepultum,^{in vestigia} L.
 Ex se suppressum hunc yidi silicoumbre mortuus.^{in vestigia} L.
 Sic magis, ergò, senex caueat, nè procidat arbor;^{in vestigia} L.
 Quæ fuit in luco testis tam criminis atri;^{in vestigia} L.
 Testis in hoc fiet Cœli discriminæ Index.^{in vestigia} L.
 Decidit in foueam, quam fecit primus in æde;^{in vestigia} L.
 Arboris huic fouea exesæ profundat ab alto;^{in vestigia} L.
 His eadem pænam si non dant tempora culpe;^{in vestigia} L.
 Est tamèn æqualis culpæ sine tempore pæna.^{in vestigia} L.
 Mænia sunt ubi iam dirupta, foramine vasto;^{ep.} A.
 Disponunt armis Præfecti irrumpere Pagum.^{in vestigia} L.
 Signiferiq; duo rapidas lustrare ruinas.^{in vestigia} L.
 Leæti sunt, quos dæ scutatos cataphracta recingit.^{in vestigia} L.
 Quisquis in audaces iaculans collineat hostis.^{in vestigia} L.
 Trajciunt per saxa vadum, sub pondere vulnus.^{in vestigia} L.
 Accipit armorum primus, quo deserit Orbem;^{in vestigia} L.

60 IIII B E R III

Ad signum, fæcili cœtu, peruenit alter,
 A quo sunt acies palmis, & voce vocatae.
 Impetus est velox, quo nostrum quisquis ad antar
 Accedit, virtus non leuis militis intus,
 Qua gressum nostris prohibet pugnantibus extra.
 Pluribus iniçimus densos, nos, partibus iustus.
 Instans primos aggressus, primus & omnis
 Esse cupit, nemo remanet, nisi sorte secundus.
 E muris rapipli distantes, ensibus, hastis
 Vicinos ferunt illi, sic saxa frequenter
 Eversano, & ligha, trabes, & quicquid habere
 Præmanibus possunt, quariant tormenta sed huius
 Gentes nostra loci, quæ iam formidine captae
 Infestis signis exterrita mania linquunt.
 Præcipites fugiunt fortis, & foemina iunctim;
 Conferat ut bona quisque, suos natosq; sub Arce,
 Omnibus ingressum Gustos acerrimus op̄stat,
 Nè, turbam nostris mixta, se perdat, & illam.
 Insequuntur vitor victum, dum corpora viuūs
 Concultat, ambratq; senex, pia mater, & infans.
 Eiicitur mollis timida prægnanteq; abortus.
 Qægia franguntur, crescunt incendia, multa
 Foemineo à sanguine geminas, aurumq; petitum
 Extorquent, alij quæ nobis res viquè reportant?
 Frustra dordu, sumi instrumenta, podis sequa curat.

Ad

Ad libitum vitiant; heu! Virginitatis honorem.
 Qui putat vlcasti easfosi, hic ore stemendo
 Dans animā, moribundus humū quoq; dentibus ar-
 Extinctusq; cadit subito, quicunq; resistit.
 Acclamaat alij: Rex, & Respublica viuans;
 Hęc pietate frui Ligutum clementia sufficit,
 Inudacore Duecum obfirmitus corde, Sabaudiamq;
 Increpar hanc ferro Genueensis Victor, amara up lo
 Vndique mors durrit, stridor, vagitus & ingens;
 Auditur, vici semiuia caduera languentis;
 Sanguine victorum tellus perfusa rubescit.
 „ O miseri, quorum dornus, vox, vita, facultas
 „ Subiect optatis hostilibus arma gerentis.
 Ingredior Templum, voes quo ad sydera tollunt
 Innumeræ Genes, hic natum foemina stringit;
 Adiuuat ægrotum Patrem nubenda Puella,
 Illuc sustentat baculus vetulamq; cadentem;
 Triticei, Segatum, & cuiusvis messis acerui
 Insunt, cum vili est diues prostrata supplex.
 Est felis canibus iunctus, facilis horrofamicos;
 Quos Natura fugit, gloeiens gallina relinquit
 Dispersionis pullos; terror sibi cuncta subegit.
 Scalis, qui ascendere, viros cantharitus altis
 Sustinet impositis nummis, & rebus onustus;
 Proh dolor! à multis Altaria sprota videntur.

Sunt

Sunt magis, vt Synagoga, truci fuscata dolore;
 Sacra verecundos fuscacis militis actus,
 Efficit; & soluta mites Ecclesia reddit.
 In reliquis nequeunt Restores cuncta tueri,
 Ingressus subito dum dissipat omnia miles,
 Sparsa tenebre potest pronoscere fluminata campis?;
 Quis tremulas siccis lignis extingueat flammas?
 Vel quis transmissum feuocare volatile telum?
 „ Principis aggressus discant vitare Potentis.
 „ Audaces Populi: Belli sunt iura rigores;
 „ Deditio neci fructus pietatis habebunt.
 Vulperibus, necibusq; tremens tot territus Arcis
 Custos colloquium pacis signo indicat albo,
 Cum Duke supremo Annenæ intromittor & ipse;
 Ille suis Socijs, illæsus & exit infernis.
 Hos omni poterat munitione robore muros,
 Per plures seruare dies, nam vina, farinæ,
 Puluis, & igniferus funis, sal, ligna, & acetum
 Intus erant; erat Arx seruatis rebus abundans,
 „ Sed viles animo munire nec Brixia totis
 „ Continuo, genitrix ferri, quæ conficit, armis;
 Protinus, vt fuit ante Ducem, caput et se rotare
 „ Eius cernit humi Populus. Generosa gerentis
 „ Mors pugnando armis morientem nobilis ornat;
 „ Si pænam differt, est qui nisi cura salutis,

„ Sup-

„Supplicum auges; non pusca, violenta sedecet;
 Utile frui vastantes octo diebus.
 Concedunt Superi, sedato sanguine; messem
 Militibus captam Annonæ loca publica stringunt.
 Præsidio Ligurum posito, primasq; sequuci
 Palmas, in vicina Ducis loca, Castra mouemus.
 Distat ab Ormea, non plus Garretia tellus
 Quam sexmille gradus; Est ius, feudumq; Ducale,
 Sub Dominis, Genuæ quibus oreum Spinula claru
 Gens dedit antiquè, sed cum sint semper in Aula
 Cunctati, Ducis, hos eius fortuna subactos
 Dura tenet. Pagus gratas cum vallibus amplie
 Delicias, vasis armis, prudenter omittit.
 Sic locus à nobis tenui certamine victus
 Munitur; Gallus sed propugnacula densat,
 Et donec veniant tormenta, resistit in Arce;
 Quam in nobis tandem post luces reddidit octo?
 Excurrunt agili regionem velite nostri,
 Ingressum loca plura libenter aperta dederunt.
 Iam glacialis Hycus cunctorum in pectore venit,
 Vnus erat menfis vertentis terminus anni,
 Vndique Terra erat, & gelidis contexta pruinis,
 Quandq; regressuras ad nostram promptius Orani
 Mandauere Patres, aries, nám Castra Ducalis
 Agmine veloci in nos se numerosa mouebant.

Arcis

Atcis ego sic sum, dirumperem magnia iussus, In furnos immiteo cados quo scumquamque repertos
 Pulueris igniferi, & claudio præfurnia, quorum
 Dodrantem recipit penetrantis rimula restis,
 Per quam decurrentis breuiori tempore possit
 Ignis pertransire, ruatq; cuniculus Arcem, Cuius congettis Xystum, & camacula lignis
 In ipsoq; vestibulūmq; viendis rebus uniuersum.
 Agmina discedunt, celeres Aciesq; regressum
 Insipiant, Germāni, cum sint morte cruenti,
 Inuoluunt flāndris sua Pagi Castrā coruscijs.
 Hos sequitur postrema Cohors, postremus & ipse,
 Incensis stipulis paucō curbū fulphure siccis,
 Apposito infurnis, breuibus quoquē funibus igne,
 Binaq; per rupes, quae inerant, detruo metallā;
 Discessuq; meo Ciues nos icibus vrgent,
 Quando mille gradus posterat iam Pagus abesse,
 Vidimus & picea plenam caliginis Arcem
 Et sursūm glomerarq; leues incendia ventose
 Vndeq; vita vigens sit flamma furentibus.
 Intima permanat, quæ possunt igne rcului,
 Et patulas curvit velox, ardet quæ fenestrat:
 Inde regressa breui motu tabulata retinquet,
 Ignibus immisis tecti tegumenta reluent,
 Et combusta ruunt, necuntur prima secundis,

Cun-

Cunctaque præcipitata, domus cumulantur in uno:
 Commotus puluis subitis, tantisquam ruinis
 Percrepat, & rumpens per saxa repellit in altum,
 Quæquam suam in furno turbant dirupta quietem,
 Audito sonitu condensat nubila fumus,
 Tigna uolant iterum, crepitantia transtra reardent;
 Quæ prius hinc cecidere, rotando per æthera surgunt,
 Protinus & recidunt, cadit Arx cum mænibus usta.
 Fortiter Ormea munita, culmina montis
 Pertransimus, & Albingha ad mare Castra regressum
 Perficiunt; Oræ domibus diuisa quiescunt.



I AR

and the author's name is given as "John C. H. Smith". The book is described as "A Manual of the Geology of the State of New Hampshire" and "A Descriptive Catalogue of the Fossils of New Hampshire". It is noted that the book is "in two volumes" and "in folio". The price is listed as "£10.00".



ARGUMENTVM

QVARTI LIBRI

*Vulnere ab inficto me feruat Virgo vocata,
Lauretana Domus vota soluta capit.*

LIBER QVARTVS.



TIA jām tractes Vrbis tranquilla
Thalia.
Cladibus arma feris hinc & nocitura re-
cedant,
Elandaq; defendant solo fulgore quiete,
Hac quoquè paulispèr genialis Musa fruaris.
Dùm pelago deseuit hyems, hic gaudia tractat
Transacti memor in bello quicunq; laboris;
Quisq; frui visu redeuntis amicis amici
Curat, pars epulis onerat conuiua nobis.
Vrbs nostris signis celebrat lætissima ludos,
In quibus obscuris tenebris & lumina præbet;

Instruit & lautas p[er]has epulasq[ue]; Vponit
 Ordo has fæminæ texus primarius ornat,
 Incipit & pedibus choreas, & ludere saltus
 Miles hero quicunq[ue] suo, victoris ad instar,
 Cum reliquis primus, quamvis sine Conjuge, ducit
 Explorat mensa vacuat quoq[ue] pocula primus.
 Solliciti famuli cunctis dant simpula vini.
 Eligat ut gratum, miles quamplurima libat,
 Et vitreis generosa reportat lecta lagenis,
 Quæ pedibus defensia, sua sub Scde refulunt;
 Ut quicunq[ue] bibant abaci ornamenta reuoluunt.
 Dum est exempta fames epulis, & mensa remota,
 Dant serui manibus tepefactas ordine lymphas;
 Sic similes & lutes licitis amplexis extant.
 Praefecti redeunt, sedatis rebus ad Urbem,
 Me caput patet Duce linquunt Genuensis armis;
 Post tranquilla videns Ligurum victricia Castra,
 Num Patribus fuit, & Patriæ seruite necesse
 Inseruire mea intererat; sic publica bello
 Quæ ipse sequutus etam, signa hac abdies quiete
 Signiferoque in eo euro conferre Cohortem,
 Militiae rector dum solers ordinis esset;
 Hæc mea supremi Patres optata secundant,
 Obsequij memores, ille & decoratus eadem,
 Præmia iustus habet, sua sunt stipendia laudis.

Otia fatali casu fortuna mouere
 Inuida mox potuit, nithi namq; hæc illico frangit.
 Ista loqui liceat, causam & quam prompta dederet,
 Dùm turbata ruunt, si iam me luxus alebat.
 Vrbis erat nostræ mōs consuetudine præfata
 Quo capitis genus, illustres, ignobile nudi
 Ante salutatos omnes obseruet honore.
 Huius erat Faustinus, vafro corpore parvus,
 Insula, diuinitas genitor cui legat Abram
 Arte laborati transacto tempore ferri.
 Hoc magis audens, quam reliqui, sufferre molestus,
 Nobilis ante viros primores ordinis ibat
 (Præterijtq; semel me sic) perasatus, & audax,
 Exemploq; sui ex socijs Sicaritus unus,
 Hunc licitum clypei morem petulanter omisit;
 Præuerensque meas vestes impellit, & illum
 Admoneo rigide caueat me tangere cautus.
 Hispidus audacter crispantia lumina torqueat,
 Illi transabeo palmam bitemis scutibus ensis,
 Perfugit & virosis rediens tunc Insula, metum
 Sic loquitur: Socij fortasse fuere molesti?
 Illos obsequij partes deferrere iubebò.
 Comptaque nūl mea querenti responsa morantur?
 Infestos eius socios non esse futuros;
 Qui fuerint, sibi erunt, hos etiendate valebo.

Illi discedunt, iter ipse meum in sequor antē
 Cæptum; Quis putet euctum? Sicarius ille
 Forte nimendus erat, similes sine robore viuunt.
 Crēdere nec poteram, Faustinum sumere partes
 In me velle sui famuli; vis utraquè iuncta
 Consulto metuenda erat, hanc sed mente recurrens
 Non fore posse puto, nām nostra seruus in Urbe
 Nobilis inuidiam reuocans, sicq[ue]us ab aude
 Supplex exquirit veniam, nec ut iste fouetur.
 Solus nocte domo egredior, dum Luna refulgens
 Furtuos medio Cœli alliciebat amores.
 Horaquè pulsabat mediæ iam nuncia noctis,
 Quando videre viros quatuor mihi contigit, armis
 Uno detectis è viço exire rotatis;
 Urbem, more suo, Lictores esse vagantes.
 Nulla meo hac animo melior sententia surgit.
 Mille viæ poterant tutæ tunc esse saluti,
 Nos humana metu, vel vi fiducia fallit.
 Intrepidus gradior, prodeunt illiquid gradatim
 Mederga ricinos induit, cuncta silentes
 Extollunt scloplos, ac yno tempore eodem
 Faustinum noscens, licet ore sudaria portet,
 Incrēpo: me quanam nebulones proditis arte?
 Explodunt illi, retrò fugiuntque fugaces,
 Transfossus grauitè, remanens in brachio, ut adsit

Vir-

Virginis auxilium perclamo, domumque reuertor.
 Coniuncti accurrit, fateor peccatas libenter
 Diuinis manibus vindictam, iramque remitto.
 Exanimis curor Chirurgis ordine primis,
 Discrepat inter eos instanter opinio, cautum,
 Brachium arguta, fuerit, tunc sciadere serra;
 Vulneris ingentem tanti (quis credat?) hiatum
 Petioli triginta sex syncrismatis implent,
 Omnes effectum sic magnitudinis horrent.
 Præomnibus affinem valeat laudare Mariam,
 Quæ inuitis alijs, pia vult astare medelæ.
 A cunctis tandem scindi decernitur, uno
 Excepto, qui mente sua dum ruminat pinnas
 Perdere (quod dicam ulterius) præbere salutem
 Intendit mihi: Sic fuit inde loquutus ad aurem,
 Ignorant isti quid agant, te viuere solus,
 Curabo (moriar) nec crudum segmen oportet;
 Nam quamvis ieruis, & venis, ossa, lacertis
 Sint enudata, admittunt tamèn integra curam.
 Propterea te reddentes à spasmate tutum,
 (Quod quoquè non cura nobis leuiore tuendum)
 Efficiam, quod quamprimum videaris ab Urbe;
 Sit mihi, dum patior, quantum hæc sententia grata,
 Vnusquisque putare potest, illamque sequuto
 Mitia (quamvis multa feram) sunt signa doloris.

Chi-

Chirurgus saniem pertergens vulneris alter
 Cuspide, gossipio excuso, negle^ctus acuti
 Intima neruorum currat, tergitque specilli.
 Heu quid agis? senièl, atq; iterum perclamo dolore;
 Ille meo, est trépidans cruciatu pressus amaro,
 Solatusque fui contraria fata rependens.
 Sed fugiente reo, & socijs, vestigia quærunt
 Prætores. Hic calliditas, animusque notetur
 Præsbyteri, qui sacra mei veneranda facelli,
 Annua continuò celebrans stipendia sumit.
 Præterit iste domum secretò, seu a caterua
 In quam confugit, cui monstrat lumen opertum
 Vestibuli, sed non benè clausæ, rima fenestræ.
 Imposita cera murum, portamque sigillat,
 Certus, ut exierit si quis, disiuncta monebit.
 Velox experti Ducas indè Satellitè lecto,
 Ordine disposito, immota ceraq; reuisa,
 Atquè per æratos reptans sinè pondere clathros,
 Vestibulum supplodentem vel frigore, & ira
 Ex rima audacem famulum collustrat eundem,
 Sic collecta videns ahaclinteria bina,
 Et quòd nocte dies vicina cadente veniret,
 Et nautam circum captum, cymbaq; valentem
 Extractos efferre teos super æquoræutos.
 Indicat esse fugi reliquis primordia promptæ,

Et

Et robusta sedens in terga Satellitishærer.
 Alterius scopum manibus pertractat, & intus
 Immittens, subito è rima collimat euntem,
 Obiurgatque: Meis manibus motieris, acerbe;
 Si sistens, nunc stare loco te tædeat illo.
 In medio veluti perdicem vertagus aruo,
 Ut videt occultam stipulis, latrando retentam
 Alto uno ex pedibus prædam petit ore frequentè,
 Et caudam iactans oculo demonstrat herili;
 Tunc venator herus, si perdix solituralis,
 Illam prosternit sclopō, si fistit inepta,
 Casse parata trahit pressam ad sua retia viuam.
 Sic decussatur vultu externatus aperto.
 Iustitiae socijs acies fugientibus, atquè
 Vicina in tuto positis per testa, reclusis
 Postibus, immotum sclopi terrore, reuinctum
 Ducunt, ne videat tenebroso in carcere lucem.
 Inde, fauente Deo, binis cum mense diebus
 Cura salutaris tanto me à vulnere seruat,
 Et quod pollicitus fuerat Chinergus, amici
 Effectum videre, manus sic carmen eadēm
 Nunc scribo, concessum sit quoq; scribere plura?
 Sollicitusq; Dei Matri persoluere votum,
 Quod præbet crudele argenti lamina factum,
 Lauretana psto socijs ostenta yidere.

Vrbibus Insubriæ per pulchra Placentia prima
 Cernitur, hæc olim Romana Colonia, bellis
 Vrbanis flagrant opus clarum Amphiteatri;
 Nomen ab Augusto fons dicit in Vrbe vetustus,
 Pinguior, & carus toti est hic caseus Orbi,
 Restibilis renouatur ager fæcundus in anno;
 Terrifodina manet, salis ac vberrima fossa.
 Pespiciturq; caput Farnensis Parma Ducatus
 Armigero subiecta Ducis, Par flumine nota,
 Quo patulis perfusa suis est fertilis aruis.
 Visa fuit Lepidi nobis Vrbs Regia: Virgo
 In qua præclaro laudatur Deipara Templo;
 Osque modis fit peruarijs tornatile: ferri
 Et cunctis stricti gladij exponuntur emendi.
 Vidimus & Mutinam , qua Dux Estensis abundans
 Montibus ad bellum numerosa gente parata,
 Omni venatus genere oblectatur, equorum
 Et numero: Populi generosus subdit amorem.
 Linea Thyrreno è Ponto visua Ducatus
 AEquora per rigidos montes Adriatica tangit.
 Omnigenis studijs fæcunda Bononia nobis
 Hospitium præbet, splendens hæc corpore Sancti,
 Cui Dominus nomen dedit, Orbi Virgo figuram.
 Frugiferis campis obliqui flumine Rheni
 Est madefacta, viros plures sustentat aquarum

Mo-

Molibus, & domibus, Templis densatur opimis;
 Colligit & pinguem messem, vinumq; suaue,
 Eminet hic iunctim duplex Asinellia Turris,
 Prima superba caput sublatum ad sydera tollit,
 Spectat humum flexum summitens altera dorsum.
 Hæc humilem signat, designat & illa superbam:
 Gentibus est pauper, domibus Ferraria diues,
 Lata vijs, vicina Padi super aggere tuta,
 Delicias Estenses non oblita, futuras
 Credit (inane) Duces iterum sic sperat habere;
 Post iter insequimur; Sic nobis Imola noctem
 Concedit; sternit figlina Fauentia visa,
 Liuij & indè Forum, quo iam natalia sumpsit
 Flore Poetarum Gallus Cornelius auctor,
 Pertransimus, Cesená sumus indè gauisi;
 Ariminensis aquæ nos irrigatio lauit,
 Fructibus hic sunt, anseribus, pomaria plena.
 Urbe Pisauri visa, cui dat nomen Isaurus
 Flumen ad occasum, Torrensque Truentus ad ortum
 Hanc madidat, medio Sole Apenninus adumbrat;
 Oppositam tangit spumans Adriaticus Oram.
 Currimus Vibini dulci regione Ducatum.
 Asdrubalis cladem, Caio victore Nerone,
 Fluminis ostendit Fani fera ripa Metauri.
 Fœmina nunç nisi præcunctis formosa videtur

K 2 Pul-

Pulchra parit pulchram, gignit pulcherrima diuam.
 Hoc sequitur fortis Senogallia littore eqdēm,
 De quā Prætori, quæsō, dicenda sinamus,
 Dicat ut æqualis peragens, quæ iusserat antē.
 Cyriacum claris promonstris Ancon honorat.
 Portus inest diues externa micerre repletus
 Emporij Ciues hīc commoditate fruuntur,
 Quā tractantis opes, tenues, augeantur abundē.
 Cuncta, stylobatæ, latera, epistylia, spiræ,
 Flores, plinthi, abaci, pulchra ornamenta videntur
 Cœlatæ ex uno saxo mirabilis arcus,
 Cuius Traianū; elogio super abside sito
 Cæsar is pcessum, porrusq; pericula dōmpta,
 AEris iniquati cunctis elementa recenserent.
LAVRETANA videntis genuflexus mania adoro
 Quæ circā ter mille gradus è culmine montis
 Visa, necesse puta, lachrymis hinc esse colenda.
 Impius humani generis contrarius horret,
 Nec valeat in numero demersas criminē Gentes
 A yoto, donēc non sit (reuocare) paracluit.
 Templum adeò paruum, quo sunt mysteria vasta.
 Hīc nata est Virgo: Virgo hīc pulcherrima crevit.
 Nuncius hīc Gabriel extollit laude puellam,
 Illius & ventris fructum benedixit adorans,
 Gratia Virginico Diuini Spiritus Aluo

Astigit

Astitit his verbis: sic est FACTVM C^AR^O VERE
 Hinc peperit tūm Virgo Deū procul arte virili. (bū.
 Hinc Deus, ille Deus nullo cum tempore cretus
 Qui normam præbet causarum prima secundis,
 Omnipotens, æternus, fecit & omne Creator,
 Factus Homo sumit mensura temporis areus,
 Corporis infirmæ se vult summittere formæ;
 Hinc fuit immenso, antè Creator, amore creatus
 Hinc dedit Auctori vita Virgo intruba vitam.
 Fit Deus hinc Homo procedens à Virgine Matre.
 Sæpiùs Angelicis alis hæc sancta volare.
 Mænia Picenum vidit: veneratur ab annis
 Vrbis pia, dulcis amoris honore, tetenta, trecentis.
 Mirandum visurus opus quicunq; vigescit,
 Quà māris extremis tellus includitur vndis
 Quisquè per ignorās sibi partes aduenit Orbis,
 Quò Laureta Dei Matrem sunt digna tueri.
 Omnibus hæc suffixa locis aurata tabella,
 Puri præclaræ argenti quamplurima vota,
 Quid referant fortasse cupis, quoq; noscere caufas?
 Pleraq; cur solidi auri candelabra nitescant,
 A multis porrecta viris cur aurea lampas.
 Continuò flagret, cur dñis copia gemmæ,
 Iaspide, smaragdis, cyanis, adamantate, beryllis.
 Chrysolitis, margaritis, baccisq; piropis,

Vir-

Virgineo collo formet, capitiq;, coronam.
 Mænia scintillent cur quæuis onusta lapillis,
 Luminibusq; locum, cur, mille reflexa serenant.
 Hæc eadem dicent: velut ad mare flumina currunt,
 Terminat & iam cæpta suo dum linea puncto,
 Hunc nos sic viuæ fontem pietatis adimus.
 Hic incredibilis rerum fama occupat omnes
 Grætia quærenti semper pia Virginis astat.
 Dæmone vexati inueniunt plerumq; quietem.
 Longinqua partu steriles in parte fruuntur;
 Lætatur mater reuocato à morte puello.
 Errantes ventis, & vastis fluctibus acti,
 Inueniunt tranquillum ducti à Virgine portum,
 Et fit turbati maris inclemens.
 In quemquam impetuosa ruunt si flumina, blandum
 Illicè numinè pedem retrahunt aliandè coacta?
 Vectus equo spumantē iacens, hic mollia fræna
 Securus recipit, quem matis. Virgo gubernat.
 In puteum proiecta viro quoq; fœmina surgit.
 Saucius Illiricus Cælestia vota Sacerdos
 Suscipiens, huc non manibus sua viscera portat.
 Hic Mater, misericordia assistit sapè, vocata.
 Virginitatis opem defendit strenua, stuprum
 Tentantes, ut ius proprium, confundit in imum.
 Soluit vincla reis dicens è carcere pressos,

Et

Et bâculo tentantis iter fert lumina cæci;
 In primum redigit mutilatos, vulnera sanat,
 Vincula mancipij rumpit violenta fidelis.
 Diuitias inhians, opes, & vota facelli
 Perditur ingenti Turcarum Exercitus irâ.
 Dùm viget atra lues, Laureti liberat Oram.
 Suspensis laqueo, quorum sint guttura nexa,
 O quoties laxat pia nodis colla solutis.
 Dicat & in bello si Iulius ille secundus,
 Qui Petro quas nunc tenet Vrbes antè subegit,
 Pontificem se tormenti seruauit ab iictu?
 Hanc curuata domum perfragrans arbor honorat,
 Ex se qua sunt IESV aptata monilia motu,
 Nec pia, veluè profana, manus disiungere calcem.
 Audeat è Sancto muro, nàm mortis habebit
 Indicium, abstulit aut quæ, tûm celer ipsa reportet.
 Talia quod referant clinguibus Ora resoluit,
 Et facit, vt surdus manifesta sentiat aure.
 Reddita sæpè salus fuit hic morientibus vna,
 Fit fœlix quicumq; suos deferre labores
 Hic petit; Afflictis valet, hic sperare salutem.
 Salue Virgo parens, salue Regina, precanti
 O veneranda, mihi concede hæc mænia palpem;
 In quibus Angelicis turmis fuit utile adesse
 Saluatori, nostra salus ubi cæpta videtur,

Nàm

Nam lac Virgineo suxit puer vberè Iesus.

Hic tua pura manus, natoq; Ministra, Deoq;
Conduxit vietum, quo totus pascitur Orbis.

Qui dat perpetuum Terris, & satiabile Cœlo,
Numen tuae parcus desumpfit gaudia mensæ?

Qui priùs igniferis dedit excandescere flammis
Incendit cineri mortas hic ore fauillas,

Qui mare formauit vastum refluenteribus vndis,
Hic modicam tractauit aquam, paruasq; scutellas.

Frigori & imposuit vento qui fræna loquaci,
Sepè huius timosa domus spiramina clausit,

In quo perpetuò Cœlestia cuncta quiescunt
Fessa soporifero hic sua somno membra locauit;

Ex nihilo Lunam qui fecit, sydera, Solem
Obtulit hic paruo noctu pro lumine lychnum.

Quem Cœlum, nec Terra capit, nec continet Orbis.
Hac humili, magno, fuit qdē retentus, amore,

Hic locus est, quem si verbis audacia detur,
Meth. Haud tñneam magni dixisse Palatia Cœli,

Quò semel ingressus fuérit quis, nescit abire
Discedens iterum cupidus, vel curat adire.

Hic igitur meriti reddatur gratia tanti;
Mi liceat dignas, tibi Virgo, rependere grates;

Accipe perpetuum, votis assueta, vocantis,
Gratia sic facti, & cordis sigatur imago.

AR-

ARGUMENTVM

QVINTI LIBRI

*Romane hic sacros mores Pietatis, & Aulae,
Ac species Vrbis Partbenensis habes.*

LIBER QVINTVS

VISVRI hinc ROMAM, Paschalia festa
priusquam Excurrant, petimus Recinetum, ruderem
prisco
Vrbs constructa recens, quæ nunc Lau-
reta frequentat.
Oram Piceni sequitur Macerata vetusta;
Indè Tolentinum, quo percolit Umbria Sanctum
Nicoleum, cuius paruo, cum turbine, pane
Euitare probant Populi quascumq; procellas.
Ilicò traiicimus, Spoletinosq; Camertes,
In tractu quorum rigidi antè fuere Sabini,

L

Flu-

Flumen & à dextra hunc rigat, obliquatq; Nouanus,
 A quo Vrbs cæpit nomen, qua Propertius ortum.
 Bubalus aduersa se laus explicat agris;
 Olim fonte sacro, Clitumnū Trebula spārgit,
 Quò albos Romani Tauros traxere triumphis.
 Nec procùl antiqua à nobis Iteramna videtur
 Torrentis Naris ramis sic dicta duobus.
 Narnia, Nequinum priscis fuit antè vocata
 Gentibus; hocquè solo nomen procedit iniquo.
 Sic exire citus disponit quiuis ab illa.
 Viculus & docet, vt Tyberim transire quietè
 Cuncta, virique, graui possint pontone, vchenda.
 Et reperitur prima reuiso Porta Tiferno.
INCLITA ROMA iacens latis conuallib⁹ extat,
 Collibus inclusis septem, tenet int̄us & Arcem,
 AEdibus illustrata, virisq; suburbia plena,
 Gaudet & Vrbanis lætis circumdata villis
 Quām plures gyro portas vallata recludit,
 Præstaret de qua, quām dicere pauca, silere;
 Esse (satisfq; foret dictum) Vrbes Orbis in Vibe.
 Sed grauitate rei antiquæ mea lingua quiescens,
 De qua tot, clariquè, viri scripsere notanda,
 Nè manus officium tanti regat ægra laboris,
 Nec fragilis calamus reddatur pondere pressus,
 Illa sinens, à nobis visa recentia narret.

Fla

Flaminiae, Populi nunc dictæ, ingressio Portæ
 Prima est, cui iunctæ sunt Sacrae Virginis ædes,
Quarum ut humata choro essent Preſul viscera Sau-
 Purpureus iuſſit, corpus seruatur in Ara (lus
 Saulorum Genuæ, tamèn hīc insignia parent.
 Hac magna ter quinq; dies consistimus Urbe,
 Bis quater antè, sacri totidem post Paschatis ortum.
 Illum, qui dat in Orbe vices, Sedemq; tenendo
 Christi, præcolitur Petri succeſſor ab omni
 Imperio, cuius pedibus dant oscula Reges,
 Quo Deus alta die fecit mysteria Coenæ
 Absterxitq; pedes Petro, socijsq;, neganti,
 Vidimus Urbanum suprema solemnia cultus
 Tractantem, mensis ornatis esse Ministrum,
 Pontificem genuflexum crura lauare, pedesq;
 Pauperibus. Superi fulgentes numinis vnḡti,
 Purpura Cardineos quorum distinguit amictus,
 Hæc pia Pontificis subdunt opera, eius ad instar,
 Hos sequitur peragens eadem violaceus Ordo
 Totaq; Primates imitatur Turma togata.
 O quot Pontificis simulatè gesta sequuntur,
 Cuius quām pauci nutu maiora reportant.
 Ipſe oculis vidi, visos à Nobile quosdam
 Tot vacuis verbis illum deducere firmos,
 Ut tanti ingenui comitatus signa recuset ;

Inde gradus instare magis curantibus illis,
 Oppositum Xysti potuisse resistere lignum.
 Nec puto; nam verba interpellens frangitur; ex quo
 Labitur infelix: cerebroq; cauædia sparsa
 Fumant præcipitis verbosa morte repente.
 Talia Roma facit, probat hunc simulatio finem.
 Vmbellâ tectum contextâ sericâ, & auro,
 Ire Basilicæ ad Aulam, præcedente cateruâ,
 Auratâ sellâ delatum, humerisq; sedentem,
 Impluuiâ cui terga tegunt, caput insula comit,
 Ac orare Deum solitis pro rebus, ut usus
 Est Romæ, ac illis fidei toto Orbe diebus;
 Maiestate graui astantes benedicere Gentes,
 Tota cateruatim platea à quibus ampla repletur,
 Sacrorum immerito possessoresq; bonorum
 A cætu sacro remouere Anathemate magno,
 Proiectâq; face ardenti obiurgare tenaces,
 Inde piuin, cunctos iterum benedicere vidi.
 Thesauros Animæ, quos tunc Ecclesia donat
 Martyrij meritis, & Christi sanguine fusos
 Cœpimus, & scalam genibus conscendimus altam,
 Nostra Redemptor erat latus crima per quam,
 Quandò per hanc sacras linquebat sanguine guttas.
 A nobis septem quoq; Templa recursa fuere,
 Quorum sunt Sancti Laterani prima Ioannis;

Rel-

Relliquias referunt, quas tectas continet Ara,
 Quæ ingenti numero Sanctorum Sancta vocatur,
 Has narrant, quod se iactat totigisse nec ullus
 Prodigale timens omen sufferre futurum.
 Virginis et licuit, cum veste, videre capillos,
 Ac ostensa fuit tum prima subucula Iesu,
 Discipulisq; pedes voluit quo abstergere, velum,
 Ac aliud, quo membra Dei contestata fuere
 In cruce pendentis nudi, nisi parte pudendas;
 Extat arundo, caput qua percussere cruentum
 Sacratum Hæbræi; Pilati purpura crudum (dixit,
 Tangere digna Deu, quando pius, ECCE HOMO,
 Vestis adhuc patet hæc Sancto signata cruore,
 Quæ veneranda impressit imago Sudaria Christi,
 Tempore quæ necis eiusdem discissa, columna,
 Quæ exiuit mixto sacris aqua sanguine costis,
 Mensura, & Christi Tunita intonsuatis adsunt.
 Speculumq; caput Petri, & venerabile Pauli,
 Laurentiq; humerus, cum corpore Bartholomæi,
 Zachariæ venerandum, & quo Pancratius hausto
 Sanguine per tres luges, Templo virente Tyranno,
 Debere hæc monstrat titulus renouata recondi:
 Virga Moyiss, Aaronaq; est, cum Foderis Arca,
 IESV Præcursoris inest altare Ioannis,
 Per loca quo Gentes omnes deserta docebat,

Atq;

Atq; calix alij, quo sumpta venena, Ioanni
 Non nocuere, catena & ferrea, manna salubris
 Eiusdem, Tunicæ, indutus quibus exsilit, albæ.
 Cuncta fuere prius Laterano visa Sacello.
 Vaticana loco spectantur Templæ secundo,
 Ex quibus imperij dulces molitur habenas
 Pontificum Sedes, primas extollere moles
 Aptæ, suis prima ac in Mundo machina muriſ.
 Quem pia Diuinum assumpsit Veronica, vultus
 Lancea transfoſſi lateris cum cuspidi ferri
 Cernuntur, diuifa Petri, quoq; corpora Pauli.
 Ferrea demonstrat dignam transenna Columnam,
 Eijcens Stygios manes cui Christus adhæſit.
 Corpore Petronilla, Simon, & Iuda quiſcunt;
 Atq; Gigas humero colitur Christophorus alto;
 Iacobi, Luca, Andreæ caput, atq; ferentis
 Plurima martyrii plumbatis signa sagittis
 Hic ſunt, ac Stephani; Doctor Gregorius, atq;
 Magnus, Lambertus, Chrysostomus, inde Seuerus,
 Ansouinus, cum Damaso, ſic guttura Blasii,
 Diuum Pontificum quæ plurima corpora gaudent,
 Gentibus insigni, qua laude feruntur ubiq;
 Depositiq; manent hic Sancti corpore plures,
 Est quibus illustrata pijs Ecclesia donis,
 Innumeræ cuius tractant Diuina Ministri,

Mar-

Marmore, & auratis mirum fabricata metallis,
 Talis, ut annorum cursu cum tempore certe.
 Tertiæ & ædes sunt stationis in ordine Pauli,
 Quæ bis mille gradus stant extra mœnia Rœmæ,
 Templaq; marmoreis Sanctorum ornata Sacellis,
 Ligneus hic est qui Brigidæ Crucifixus ab ore
 Dulcia verba dedit, tenero mollitus amore,
 Virginis & vestis, Crucis & segmenta sacrata.
 Discipulus Pauli tenet hic Timoteus ossa,
 Samaritana caput, Stephani cum parte, Ananias,
 Altera pars Petri, & Pauli diuisa videtur.
 Insunt & pueri quæmplures ense necati,
 Martianilla cauō regitur, Basiliſſa sepulchro:
 Brachio, & Anna suo digito, Iacobus vterq;
 Nicoleus Templum, Dionysus, Alexius ornant.
 Corpora martyrijs aliorum Sancta coluntur.
 AEdes Pontifices has ornauere thesauris,
 Candenti paries hic fulget marmore tectus.
 Virginis ad Templum procedimus ordine quartum,
 Hoc, inter reliqua, enarratur maius in Urbe.
 AEdificata, niuis patefactæ à Virgine, causâ,
 Hæc fuit antè domus, quâ stat Præsepe, puellum
 Quod iam nascentem IESVM cum Matre recepit,
 Insigni, quam fecit Sixtus, in æde locatum,
 Opposita Pauli cuius regione Sacello

Insunt

Insunt Itfantis Cumæ, quibus vbera Matri
 Libauit Deus hic ponens sua paruula membra.
 Virginis à Lüca depicta videtur imago,
 Quæ, reliquis corrupta locis contagia Romam
 Incolit, memlinquunt, sanus fit lethifer annus.
 Relligione preces Populo fundente per Vrbem,
 Hanc circum, audiueri pijs super æthera voces
 Angelicas clarè (COELI REGINA) canentes.
 Exornat quæsumus Téplum Laurentius extrà
 Mænia, cuius inest venerabile corpus adustum,
 Ostenditq; sui quamdam craticula partem,
 Est lapis eiusdem in muris abdomine tinctus;
 Vas, quo baptisma dedit atro in carcere Genti
 Nobiliq; Hippoliti, Romano, ac inde Lucillo.
 Corpus inest lapidati Protomartyris, alto
 Qui tormenta ferens videt Deum in æthere stantem,
 Et saxum in caput iniectum quoq; cernitur vngatum
 Sanguine, pro iactantibus in se saxa, precantis;
 Cyriacæ est cœua Sanctis subterranea plena;
 Tecta vbi resplendent terso laqueata sub auro,
 Marmore sic vario structi muriq; videntur.
 Templà sagittati, quæ extrà sunt, Martyris, Vrbem
 Plus quam mille gradus, sexta statione coluntur;
 In quibus eiusdem transfoßum corpus honorant,
 Pontificis Stephani, & Lucinæ Virginis ossa,
Mar-

Martyris alterius caput; Andreæ, atq; Nerci,
 Archileiq; , Valentinæ, Stephaniq; , Sabinæ
 Ossa, Caput Fabiani, Acoristi: sic lapis, in quo
 A Petro visus Christus vestigia liquit.
 Pontificis profunda tenet spelunca Calisti.
 Millia centum septuaginta & quattuor, ense
 Martyrij transcenderunt quæ corpora Cœlum.
 Pontificum inter quæ dignè decem & octo notatur,
 Hic sunt antra, quibus Petri, Pauliq; sepulta
 Corpora longinquo steterant iam tempore trusa,
 Qens, digitus quorum seruatur, & vna sagitta
 Martyris, &, qua deuinctum tenuere, Columna
 Amplis aucta patet scalis Ecclesia, picta
 Contabulata tenet, demonstrat & alta lacunar.
 Hierusalem quæ dicta Crucis, postrema yidentur
 Ex septem Templis; Helenâ natumq; precante,
 Sunt posita hoc viridi puro de marmore campo.
 Hic ampulla patet Christi de sanguine plena;
 Spongia, qua Deus, & fel mixtum suxit aceto.
 Hic binæ fistunt ex his, quibus intima, spinæ
 Diuini fuerant rigidè penetrata cerebri.
 Denarius, fuit à Iuda quo venditus, unus;
 Qui fuit impositus capiti, Titulusq; videtur
 Corpore Cæsareus Templum, Anastasius ornant.
 Hac Vrbe innumeræ Sanctorum, & Virginis Aedes

Marmore, reliquijs, auro cernuntur onustæ,
 Quas centum monumenta fatis narrare nec essent.
 Solùm & dicam, quam Sanctæ Praesedis adorant,
 Crimina deponens, paruam tetigi ipse columnam,
 Qua culpæ in nos voluentem pietate flagella,
 Ingeminando super peccatus crudelitè iactus
 Creber vtrâquè manu Christum percussit iniquus.
 Vidimus inde tenet quicquid mirabile; Colles,
 Picturas, delubra, domos, plateasq; columnas,
 (Antonina est nunc Pauli, Trayanaq; Petri)
 Cryptas, Nauigium, Pontes, Tyberimq; sepulchra,
 Rurum delicias, ornata Palatia, Fontes,
 Tiburis effigies, Turres, Simulachra, Colosso,
 Aenea, marmorea, & cuiusuis signa metalli,
 Tarpeium, Amphiteatrū, Arcem, Marij; Trophæa,
 Cestij & ampla sepulchra, Arcum, quem fecit Ianus;
 Et quos Constantinus, Septimiusq; Seuerus;
 Tuscula, Dorioli, loca Vaticana, Quirini,
 Atquè forum Nerae, quoq; Pompeiana theatra,
 Altera Statilij, Termasq; Diocletiani
 Mirandas, Allexandri magnasq; Seueri;
 Templa, Vias, Portas, Academiasq; Mineruam,
 Panteon Agrippæ (orbiculatas Virginis ædes;)
 Antraquæ, Bibliothecas, Cæmiteria, Circos,
 Et Statuas, Obeliscorum fastigia, Moles,

Au-

Aulas septem, & Aquæductus, Xenodochia quinq;
 Sanctorumq; cauas, latebras, priscasq; ruinas,
 Terrestres sacris, quos commutauit honores ;
 Multiplicata, quibus, credas compendia Mundi;
 Quælibet in se contractum res continet Orbem.

PARTHENOPENSIS erat nobis hinc Ora viden-
 Occurrit Mariana priùs, quæ Consule structa (da,
 A Mario fuit; hanc Velitræ, & Cisterna sequuntur,
 Sermoneta Ducum, quos nunc Caetana propago
 Profert, nobilibus domibus constructa superbis.
 Inspicitur, Turris miranda, & Setia, Flacchus
 Qua Lepidus, celebrisq; Poeta Valerius auras
 Luminis attingens, opus Argonauticon auxit.
 Anxur ab antiqua, nunc Tarracina, palude
 Dulcis aquæ madefacta, maris quoq; littore salsi,
 Visa est à nobis demonstrans horrida montis
 Circæi Tyrrhenum tangentia culmina dorso.
 Sunt anni, ex quo Fundorum hæc obfessa, trecenti,
 Iam fuerat Comite, illius qui angusta tenebat
 Limina militibus, strictos aditusq; viarum,
 A quibus ingenti Ligurum tum Classe refractis
 Se eripuit, Castris, ac obsidione remotis,
 Sic noto Ligurum merito deuincta, libenter
 Horum præclari Imperij desumpsit habenas.
 Appia limosis hic est via mera lacunis,

Brundusij, Rōma quæ perueriebat, ad Vrbem.
 Hac itur Fundos: vbi sunt confinia iuris
 Pontificis, cæsas lapidosa cacumina cautes
 Ostendunt, per quas plana hæc via, rectaque simbis
 Munita est, latera extollens bipedalibus ambo,
 Et plaustris adeò occurrentibus ampla duobus,
 Sufficiat sicca vt cupido transire pedestri.
 Transitus est, merces omnes angustia cuius
 Detinet, vt, quæ conueniunt, portaria soluant;
 Trajicimus pontone Lyrim, qui ex culmine montis
 Nascitur, atquè mouens sylvas Aquilone canentes,
 Terribili esse solet, rabie, nām ventus acutè
 Reicit impulsas, fugiant vt littora, naues,
 Has cogens Romanam fæpè redire per Oram.
 Vrbem hinc antiquam AEneæ à nutrice vocatam
 Accluem inspicimus Caietam mænibus altam;
 Præsidio fuit hæc Ligurum, cum fœdere, tuta,
 Nūnc placidum Portum retinens curuata, sinuifq;
 Militibus Regni clavis munitur Iberis;
 Pluribus hanc ornant Sanctorum corpora Templis,
 Borbonisq; Ducis Galli seruatur in Arce.
 Hæc disiuncta videt miri fastigia montis,
 Tempore Diuinæ mortis quæ scissa fuere,
 A cliuo latè nām sunt ad culmen aperta.
 Stat medio saxo, posito nulla arte, Sacellum.

Tām

Tam mirandi operis, semel huic iactuclus virus
 Impressit dextram, saxum dum tangeret curat
 Turcarum, quae armata viris amphicta retrusa
 Antro, erat illatura loco quamplurima damna;
 Dum cupit hoc exire, statim ora astricta regressus
 Inuenit, in quo praedones mancipia fiunt.
 Nautæ præclarum montem venerantur & omnes,
 Nauigium audet & ante illum transire nec ultum,
 Siue Tryremis eat Naualis ecopia Ponto,
 Quæ ad montem bombos plures non mittat honoris.
 Est antiqua templa Sinuessa salubribus vndis,
 Mollices quarum viti est, ac utilis agris,
 Vulturnus, Capuam quem dicunt, structus ab Oscis
 Aut Capide, ut narrant Troiano, vel caput Oræ,
 Qua numerabantur duodenæ (certius) Vrbes;
 Cernitur Vrbis fortis, præseisq; redacta ruinis
 In formam, dominibusque nouam, murisq; superbam.
 Multis Praesulibus Sancas se iactat, & uno
 Pontifice, atque viris illustri sanguine natis.
 Principiumque suum à Normannis laudat Auerca
 Principibus, nomen tenet hoc, nam maius ab Urbe
 Prædicta decussat iter Metropolis Vrbis,
 Nobilibusq; viris, quibus est ornata, refulget;
 Ludouicum Equitem celeberrima fama coronat,
 Propositi qui inter Reges certaminis armis

No-

Nobilis excepens fuit, & præstantibus vnuſ
 Ex tredecim, quorum manibus commissa regalis
 Res fuit Hispani belli, licuitque referre
 Cui, loca, digna suæ virtutis pignora claræ.
 Continet has, inter reliquas, Campania felix
 Vrbes, quam dicunt, ex fertilitate, Laboris.
 Totius eſt vasti Regni Caput, huius & Ore
 Parthenope à Priscis, nūnc dicta Neapolis Alma,
 Collibus Occiduæ partis circumdata lētis,
 Mons Erami quibus Arce præst, Vrbemq; tuetur,
 E medio Solis tranquillo littore gaudet,
 Ex Oriente patet viridi pulcherrima campo
 Fructiferè fruuntur ſinu ex Aquiloni ſerena,
 Nauigis lapidum cunctis fortissima prodes
 Extat, que horribiles ventos, frenatque procellas.
 Est, quo perficiunt, vastum Nauale, tryremes,
 Militæ hospitio retinentur, & agmina fiunt.
 Militibus turas Hispanis continent Arcos.
 Nomine Prima Noui, Sancti est Erami altera dicta,
 Tertia nūnc Oui, quam Prisci dixer Meagrum.
 Regia inestq; Domus quam pluribus arcibus ampla,
 Porticibus densis, altis erecta columnis,
 Intus habens operis textilia stragula miri,
 Hac reſidet Vicerex, cui Collateralibus Aulis
 Afflidunt Equites tot milieque, Duceſque.

Magna

Magna Vicarię spectatur Cūria Regni;
 Pluribus hæc constat supremis Anla Togatis,
 Sunt diuisa quibus Regalia munera rerum,
 Pars bona quæ ad Regem spectant disponere curat,
 Altera totius Regni ciuilia tractat,
 Tertia iudicio causarum crimina noscit;
 Continuò commissa luunt, pænâq; reatum
 Hic dignà delicta rei persoluere debent,
 Sollicitatores pænæ crudelitèr angunt
 Omnes; hos blandos, non vèrba, pecunia reddit.
 Nec puto Tartareos animas cruciare seueros
 Istis tam similes scindendo corpora viuis.
 Forsàn inæquale est portentum, Virga Moysis
 Quod fecit, saxo lymphas manare iubentis?
 Hì calamo extorquent nummos, venisq; cruentem.
 Fontibus eximijs tota Vrbs ornatur aquarum
 Præbet Aquæductus celebris formalis euntēs
 Per caua sub domibus, vicina suburbia, rura
 Strata Toletani superat pulcherrima Petri
 Hic, & vbique vias, si latitudine vastas.
 Digni magnificas ostentans ordinis ædes
 Innumeris formosa suis viridaria stipat
 Principibus, quorum numerus titularis habetur
 Conspicuus, præstat titulis nám cætera Regnum.
 Illustresq; viros omni cum tempore gignit

Mili-

Militiæ virtute Duces; Ecclesia partem
 Sancta solet Romæ sibi non retinere minorem.
 Non Vrbi solùm, sed sufficientia Regno
 Insunt tritices, cuiusuis & horrea messis.
 Hic bellatorum numerus tractatur equorum;
 Nobilis, in quibus, & primæuo flore iuuentus
 Militis arte probat se, & pressis pugnat habenis.
 AEdes ad studium collatas nobilis artis
 Porticibus tollit latis, & marmore stratas.
 Templa tenet contexta suis laquearibus auro
 Plurima in marmoribus tercis decorata relucens;
 Ossa Beatorum, quæ non numerantur, adorat,
 Copia namq; horum hac est innumerabilis Vrbe.
 Præ reliquis Genuarius, Asprenusq; Seuerus,
 Candida, Agrippinus, cum Agnello, Virgo, Ioannes,
 Eufemius, Gaudens, & Restituta coluntur.
 Pontificesq; decem, & quatuor de corpore Regni
 Conniverat; decies octo cum quinque Senatus
 Purpureiq; viros mirandos edidit Ora.
 Diuinis virtute fuit præclara Poetis.
 Virgilij hospitio, eiusdem decorata sepulchro,
 Nec minus hanc Iacobus Sanazarus ornat,
 Et Sulmonem, quo percepit Quidius ortum
 Circè decem nouies distat qui millibus Vrbe,
 Sic Comite à Solymo Phrygia iam dictus ab Ida.

Quem

Quem dicunt Podium Regale, Palæpolis antè
 Ex Oriente fuit nūnc & erumpentis amenæ
 Lymphæ principium cuius vicinus abundat
 Rusticus, altricem terram dūm curat, & agrum.
 Hinc patet ignifero notus terrore Vesæuus,
 Ardentæ glomerare globos qui è culmine gaudet,
 Quo magis altisonus crebris micat ignibus æther.
 Nomen Terra quibus dat fertilitatis arata,
 Vndiqvæ paupineis Sommæ celeberrima vinis.
 Plinius his priscus visis ardentiibus auris,
 Ingressus dūm vasta loci secreta requirit,
 Imbuit interiùs fædis se flatibus, arsus
 Noste sequente malum lymphæ dūm pellere curat,
 Exhalans vitam crudelibus occubat vmbbris.
 Plinius hæc iuuenis describens ordine miro,
 Eiusdem mortis causæ dat viuere Monti.
 Non minùs igne suo, quam primi morte timetur,
 Sed magis elucet, quam flammis, arte secundi.
 Sic vnius tumulo pro Monte quiescit, & alter in eo
 Efficit edictus calamo requiescere Montem.
 Ergo necis probat ille vias, docet iste regressum.
 Occidua collem fæundat partis opacum
 Pausilipus, viniq; suis, & mollibus vndis,
 Dulciter æclius pelago sua dorsa inædescens
 Desidit oblungus lymphis fastigia fallis;

N

Cul-

Culmine flammigeros æstus sed collis adumbrans,
 Mitigat oppositum Solem quærentibus auras.
 Nobilibusquæ tenens exulta palatia rebus,
 Omnigenis præbet cumulatos fructibus hortos.
 Aspice quam longæ penetrantur viscera Cryptæ,
 Quam transire queunt iunctim vectabula bina;
 Est saxo cælata, pedes altissima plures.
 Enumerat, cuius finem sive lumine nemo
 Tangit, ab ingressu passus nam mille recedit;
 Paruula, stans medio illius, pia Virginis Ara
 Luminis auxilio hac, illac succurrit eunti,
 Reddit ab infestis tutos latronibus omnes,
 Nec memorem quemquam contraria gestæ referre
 Audiui; delicta luunt temeraria uafri.
 Anguibus æstiuis lacus est Acherusia pinguis
 Collibus apricis circumdata more Theatri,
 Per quos ingentes capiuntur retibus apri,
 Et nudi montis deiecti vertice cerui
 Transmittunt cursu campos, lymphasq; vadentes.
 Cyrus mille gradus ter, latitudoq; mille
 Sunt; positiq; canes paruum cernuntur in antrum
 Flatibus internis vitales perdere sensus;
 Inde reuulsunt his si mergantur in vndis,
 Innumera quas iunctæ anates excurrete gaudent,
 Istis dum sykuis avium se millia condunt.

Ex-

Extat Lúcrinus lacui propinquus Auerno,
 In quo Nauigio placidis sunt æqua ventis.
 A Puteo nomen tenet Vrbs Dicæa vocata,
 Sunt sulphur, foetorq; , calor, vernacula cuius,
 Sulphureis venis sicco nàm culmine montis
 Fumantes flammæ, paruos emitit & ignes;
 Non ardet, quibus accensis, si pagina detur.
 Immoderata sinus mare fundamenta Bayani
 Profundas monstrat super existentia lymphas;
 Per quæ Romani graduum tria millia plusquam
 Latè coniunctum transirent vndiq; Pontem.
 Hic fouæ, miri fontes, hypocauſta videntur
 Balnea, & antra, lacus, Caua sudatoria, Thermæ.
 Pluribus humanis loca contingentia morbis.
 Hæc sunt, his, vel ab illis suscipientia nomen.
 Dulcis aquæ, maris est medio fons gurgite feruens,
 Cuius multa malis guttæ plena parantur.
 AEgroti cupiunt hanc si desumere palmis,
 Illas excutiunt tremulas ardore perustas;
 Temperat has ideo versatus, & arte magister.
 Insulæ hoc Regno sunt fructiferentis aratri
 Vomere iejunæ, nàm naturaliter arua
 Fructibus, & vinis plena ex se pascua reddunt;
 Cum Prochyta, & Capréa facit Vrbi AEnaria circu;

Quo campis gaudet tranquillè Portus apertis.

Quattuor atq; decem Regiones continet amplas,
 Præsidis hæ officium retinent, Vicerege iubente;
 Vrbibus egregijs ter quinquaginta superstat,
 Cuilibet harum, assensu Regis, Episcopus astat;
 Maiores Regnoq; decem cum quattuor insunt,
 Inter quos Stephanus nunc viuit in Vrbe Teate
 Saulius insigni Præfus virtute colendus.
 Sæpius ad Regnum varijs mæ fata tulerunt
 Temporibus, sed non reliquas vidi illius Oras,
 Nam, cum cuncta suis sint alternata vicissim
 AErumnis, valeat hanc Yrbem nunc dicere Regnū.
 Nobilis hanc colit illustri Cornelius aura
 Spinula disponens Ligurum ciuilia iura;
 Hoc dedit officium meritis Respublica notis,
 Moribus ingenuis, semper quibus omnia tractat.
 Eius, res nostre creuere, fauore iuuante.
 Aurea nummorum triginta millia namq;
 Debita, adhuc debetur summa, fuere soluta.
 Sed grauis auditus fuit ipso tempore rumor
 Coniuratorum, Genuæ, præstare fidelis
 Carmine curabo quorum promissa sequenti

A R.

IV. S. C. A. I. LOA
ARGUMENTVM
SEXTE LIBRI

*In Patriam Coniuratorum machina surgit,
In quos inde citio pena cruenta cadir.*

LIBER SEXTVS.

*MPIA nunc pateant, Genue que mortis
stra resurgent,
Immetitæ Gentis, compta nec moribus
villis,
In Patriam miscere manus cupientis
iniquas,
Crimina quæ cumulat vitijs nequiora nefandis,
Perfida Gens, Superum temptrix, audifissima cedis.
Crudeles Helicon nunc des mihi sumere formas,
Immutare velis nigra atramenta cruore,
Et pietate carens acuas mea carmina ferro.
Non me detineat, mecum quod viderit Vrbes.*

Bell.

Belgarum Julianus, quem Furnaria Pfoles
 Eduxit; nec quod Medicus Zignagus aperta
 Vulneris ante mei paulo curauerit ora.
 Iusta mihi veniant istis obliuia rebus;
 Prouocet hoc potius mitem ad fera carmina Musa,
 Dum maior porrecta manet mihi causa canendi.
 Fædatus fædere magis curabo rebelles,
 Nec me pollutas Gentes cecinisse pigebit,
 Nomen ut æternò Furias has turpe sequatur.
 Tu decus, ò Patriæ Dux, ò RESPUBLICA parce,
 Carmine si mœsto veteres has detego plagas.
 Romanis Catilinæ coniuratio scriptis
 Numnè fuit patefacta? Salustius edocet illam
 Ut testis, cuius nunc est proteste vetustas:
 Doliolis (quæ Parthenope sive Regia) natus
 Alphonsus Regis Fernandi nomine Primi
 Commotas Regni iras, coniurataq; bella
 In Patrem viuum pictores pingere iussit.
 „Lætitiae fructum dat causa secata doloris.
 Nec graue sit yobis huius me scribere cursum,
 Posteritatis erit forsitan remississe leuamen,
 Ut vitare mali discant formidine pœnam;
 Viaida iusticie timeant exempla celesti;
 Vestram condigna laudent virtute probati.
 OCTO sequebatur felix vigesimus annos
 Sexquæ

Sexq; decē CHRISTI adūentus post sēcla peracta.
 Imperij Liguris virtutis Clauarū alte
 Regia Ioannes Lucas Dux Sceptra tenebat.
 Quandō perturbantis erant Ducis arma Sabaudi
 Fœderis expositi, officijs tūm Regis Iberi,
 Insidijs secretis peruersura quietem;
 Quæ magis, vt cinere contēcta ardētia ligna
 Ardescunt casu leuiter perflata, vēl arte.
 Ambiguis spēbus Dux sic discrimina cingens
 Gentis inhumanæ fomentum roborat armis,
 Occultisque, dolos horum, conatibus auget;
 Iulius an fuerit Cæsar Varcherius ortu
 Vilior, an solitus temeratis moribus vti;
 Infelix genitor quem Bartholomæus ab Orā
 Nicensi, ac humili Suspelli sanguine duxit,
 Litis, adhuc dubiæ, maneat nunc quæstio prima.
 Is Pater accessit Genuam, sibi viuere curāns
 Moris ut est Plebis, populi multique frequentant,
 Per lustrum uitam obstringens, operisq; labores,
 A Rocho Crollalanza, cui Rhetia quoddam
 Nomen, principiumq; dedit, fortuna sed aurum
 Mercibus externis (erat & sericæ institor artis,
 Sic simili pretio tales retinere solebat)
 Nec fuit is dignæ fidei sine præde, receptus.
 Principijs uarijs alitus, ludi arte iuuante,

Filius

Filius, instabili fortuna, opulentis in Urbe
 Vixit, & ingenio clarus, uulnusq; superbus,
 Luridus, horrendusq;, ferox, oculisq; seuerus,
 Curuatis tristi facie contetus ab alis.

Incomptus, durus, uitium proliuis ad omne,
 Infidus, mendax, ac ad discrimina promptus,
 Ad mala propensus, legum contemptor, & audax,
 Quem, stupra, furta, neces, coquicia plura patrante,
 Coniugis in uitam bis conspirasse ueneno
 Enarrant, ueteres mortiq; deditse Parentes.

Tam gestu horribiljs fuit, ut temerarius atrum
 Carcere detentus, uulnus quoq; fixerit in se.
 Conditio fuit hæc vitijs agitata profanis,
 Crimina nam fuerat causa quamplura secutus,
 Euitans pænas non prosperitate minori,
 Quæ fructu Princeps quæ adhibet, pietatis in omni
 Ciuis inæqualem sibi noscens nobilis auram (nes
 (Inferioris erat nam conditionis, & ortus)
 Diuitijs, animoq;, suis quampluribus esse
 Maiorem se præsumens; sermone mouebat
 Nobilis in spiculum, fidi genus ordinis illud
 Quo firmare pedem fraudis conceptio posset;
 Et rixis huius semper, causisq; favebat.
 Insuetis, vastisq; modis, curisq; tumescens,
 Icarus alter erit, dum se male credidit alis.

104. 1

His

His co[m]mixta malis suxit Fur[n]arius acta;
 Vnicus à Patre qui Genuæ natalia sumpsit,
 Cuius opes ab Auo fuerant, Patrisq[ue] tenacis
 Arte rei sericæ, urbanis sed moribus audax,
 Nobilius quibus æquales sibi reddidit ysus;
 Illorum facilisq[ue] fuisse adeptus honores,
 Dùm m[er]ecum fuit à Belgis, Anglisq[ue] regressus.
 Ciui bus ex osum illumini comitatus in Urbe
 Effet; namq[ue] malus fidum corrupit amicum.
 Testis ego sum, curabar dūm vulnerē dicto;
 Sæpè erat is solitus tristi me visere vultu,
 Deiectis oculis demonstrans signa doloris,
 Missa erat & totis per eum mihi Lora diebus.
 Sanus iturus eram narratum reddere votum
 Laureti, & cum illi commolirentur iniqua,
 Quæ peragenda forent, studiosus sæpè monebat
 Me promptæ, cantæq[ue] viæ, citiusq[ue] dedissem.
 Sic puto, non erat illius tām prava voluntas.
 Terga premebat equi spumantis sæpè per Urbem,
 Mirificam ex quo captavit Vaccherius an sam,
 Eius vt auxilijs, omenq[ue], dolosq[ue] fouveret;
 Nām persuasit ei illustrem statuisse iuxtam
 Illum passurum medijs opprobria vijs,
 Si patulis equitare vijs non desinat Verbis,
 Ingressum facilem inuenierunt verba dolosi,

O

Qui

Qui fraudem addendo fraudi, mendacia veris,
 Turbatum iuvenem cæcas accedit ad iras,
 Ad proprij; doli technam, tali arte, reduxit;
 Vnius effigiem duplici sub pectore cordis
 Nodus amicitiae sociali strinxit amore,
 Incautum cuius soluet fallacia nodum.
 Ruminat illorum mente vnuſquisq; proterua
 Quæ mala perficiat priuata, aut publica quærat.
 Arma legunt, hominesq; vocant, violentia quorum
 Consistat vultu, & spiret feritatis imago.
 Cædibus infandis dubij dūm cuncta reseruant,
 Ioannes venit Genuam clam Antonius ille
 Ignotus Comes, Ansaldus cognomine dictus,
 Ex qua iam fuerat propter fera crimina pulsus;
 Nuncius & Roma factus, Duciis arte, reuersus.
 In Patriam multoq; Duce is truculentior, istis
 Crudeles animi sensus, meditataq; pandit.
 Impia sic illi, quæ tractant mente vaganti,
 Figunt, ut causas priuatas publica curet
 Vltio, gesta Ducis, magna & feritate sequantur.
 Dux (alibi vt retuli) vires, animiq; quietem
 Ciubus inuidit, poterat nec ferre receptas
 Præteriti belli pœnas Genuensibus armis.
 Infausti euentus cupiens inuertere culpam
 In Gallos, cunctis præterat quibus Aldhiger, ardens
Illo-

Illorum fraudis; Regem quoq; reddere certum,
 Ostentat Genua semper tenuisse sequaces;
 Nominis atque sui studiosos, pectora quorum
 Vrbis Nobilium poterant compescere mentes.
 Qua, ablatis his, illorum virtute potiti
 Essent, vtquè magis claris hoc explicet actis,
 Hunc Comitem perfectum magnipendit, & aptum
 Artificem, scelus ad cæptum perducere finem.
 Audierat vili namq; esse è sanguine natum;
 Et Patrem cauponam tractauisse nefandam
 In Vico Cogoleti, & tamèn alta superbum.
 Gloria cum titulo Comitis tumefecerat illum,
 Cuius nympha atri mediani milte fuere.
 Nouerat, effusis nummis, rebusq; paternis,
 Pauperiem, & tales illum perferte labores,
 Ut tituli æquiparet grauitatem turpis egestas.
 Quæ sit, quæ fuerit, vel quò ventura trahatur
 Huius fama viri, potuit bene noscere solers.
 Dedecriq; datum æternis à coniuge fatus,
 Damnumq; neci, Mediaстini eius amantis
 Ob mortem, soluit votis instantis amici,
 Sic Comitis fuit à Duce lucrifacta voluntas;
 Qui blandis verbis, audis & spebus abundans
 Exhortatur eum de se bene velle mereri,
 Et benefacta sibi memorans, extinguere grates

O 2 Nolit

Nolit ut illatas, quarum meminisse prebeat ergo nunc illi
 Præmeditata super intentis, tendensq; resudens, nullo
 Feruidus officijs operam datur, ciquid cauere inquit
 Legati grauitate sui promittit, & alium inquit
 Præclaris cumulat donis, oneratq; lapillis.
 Non minùs occulit. Aorsaldus honoribus angustus.
AD Duce discedit, quia: Dux sit munere tutus.
 Illius, in quib; tota est impensis, qua spesq; locatio.
 Sic Romam petiuntur pulchritus Nuperius; ihtus.
 Sed formas animi non prætereuntis habere.
 Noscens, traictum præceps, & littora tentat,
 In quo participes sibi credulitatis vobicos.
 Nonnullos dubiae frumentos admonet aurum.
 Inter quos primus Iordanes, arte Lanista,
 Thomas Mayolus vifljs operatus, & annis,
 Ioannes Baptista fuit Benigassius alter,
 Joannes Jacobus Russus, & Annibal, latque,
 Ioannes (Blanci) fratres Antonius: omnes
 Infima quea Populi sex vili sanguine duxit.
 Ad mala proclives, tempestriculenta sequitos.
 Nouit, & hos, socios plures inducere possit,
 Sic tanti sceleris coepit dispertere servari.
 Dum fuitis Romanillo splendore moratus,
 Purpureo Ducas à natib; nec gente receptus;
 Inuisusq; fuit: Generis demissio nota.

Huius

Huius erat, scelerum species ignota nouorum.
 Sed magis ~~et~~ Genuæ valeat secedere cautum.
 Prædictus ingenio quemdam sibi curat honorem
 Pontificis, quo sit grauitas geminata Ministri.
 Obrepit Româ his titulis, Genuamq; regressus,
 (Hospitium modicum Blancis præbentibus illi,
 Qui Pedemontanis tulerant commercia Terris,
 Participes & erant inentis, scelerisq; patrandi)
 Multiplices animo voluens, & pectorè curas,
 Ordinis inferioris eos accersit, & omnes,
 Quos, sibi dispositos hæc ad noua datna suddet.
 Incendit timidos, turbatos excitat audax,
 Et si sibi, quorum prædura, iudicisq; Minerua
 Talibus officijs dubijs inimica repugnat, insequitur
 Noscat & oppositos sibi conditione, vel yfir,
 Nobilitatis eis crudelis exprobrat actus,
 Magnanimasq; Duci laudes extollit ad astras.
 Auxilium cuius, vires & monstrat apertas,
 Claudit vires illis Respublica cunas.
 Inde fidem resonis mirando vocibus adgit,
 Cum Duechatorum vitas affistoreruntis.
 Debere, Aspirat primo fortuna labores, et leti est
 Utilitatis, et inuest admiscere saporem upiun noxi
 Imperij, vnamimi nostri dulcedine cordis.
 Intrepidis animis quæ fortes ardunt tractant.

Laudes

Laudes Maiorum renouant, imitantur & actas
 Offensis virtute pari si fractedimus omnes
 In paucos, quinam poterunt obfisterc nobis?
 Pectora nostra capit dulcis si gloria rerum,
 Ipsa triumphatrix reliquos animosa citabit,
 Sumere si volumus, faciles ut possumus, arma,
 Euentus fluibunda dabit fortuna secundos,
 Et si finis opus prompti concordia tangit.
 Iam sumus optatum mentis felicis adepti.
 Illius ad nunc totum Vaccherius aptat
 Se, verbis oculosq; trahens audacibus omnes,
 Officium Ducas, & meritum superasse fatetur
 Victricem famam: nolint pavitare, bonumq;
 Expectent finem, dum sit tutela, salusque,
 Qui proprijs Regum maiorum viribus, obstar,
 Sospite quoq; socium sibi credant esse futurum.
 Illum, qui causas vindictæ noscere fassos
 Innumeris iitis proprias cumulare peroptat;
 Pollicitiq; bona, & vitam, constantem amicis
 Seruandaniq; fidem, dictis animoq; coalent
 Omnes, aeterno truci à forma feritatis aberrati
 Inde scelus stabiles firmant, & mente prædacionis
 Non quicquam reputando magis, quidm cogitet unus:
 Quisq; doet propriæ viresq; modumq; necandi
 Seditione genustotum, quod nobile rodunt;

Co-

Colligere incipiunt animis ardentibus arma;
 Intima cordis eis socijs aperire, fideles
 Quos iam reddiderat scelerum experientia, curant.
 Casibus his, dubij, quæ Macchiauellus adaptat,
 Arte legunt, Doctor Franciscus Martinionus,
 Julianusq; domi, simul & Vaccherius; umbris
 Perfidiam uoluunt, huius documenta libelli
 Sumentes, Comiti perlecta pericula narrant,
 Quæ mox euitare putant, iterumq; secundant
 Sensus, infecti damni spondentis, amici.
 Sic operam rursus dant omnes, gentibus, armis
 Viribus, auxilijs, nummis, feruentibus iris,
 Consilijs coeunt, homines coguntq; feroceſ.
 Secretum cunctis suadent seruare, fidemque.
 Sed sinè militibus dubij tam dura resisti
 Germanæ non posse suis simul arma Cohortis,
 Ordine quæ miro Ciues numerosa tuetur,
 Decernunt Comitem citius debere Sabaudo
 Dispositi sceleris rationem reddere certam,
 Quodquæ viros scribat ducentos arma gerentes.
 Exit ab hospitio, facilis discessus ab Urbe
 Ut sit ei, propriamq; domum Vaccherius ornat,
 In qua nemo fide, credas, maiore sit usus.
 In Socium; in Patriam quam omnes utuntur atroces;
 Nam Dux in se collatos Ansaldus honores

Exal-

Exaltat, nummosque suos Vaccherius auget,
 Patris opes, stirpemque suam, Furtarius antè
 Ponit; amicorum numerus iactatur ab omni;
 Gesta sequentur lœtis animosa triumphis.
 Se spondent; referunt petulantes cuncta uicissim.
 Quisquæ suas animo simulatas continet artes;
 Isti nām dūbijs potuerunt noscere signis,
 Pollicitum Comitem cunctis quāmplura fuisse,
 Quæ p̄fētare queat studijs; quibus indiget ordo.
 Occulte, statuunt, tūret Vaccherius ire
 Taurinum, singens illum sociare regressus
 Decipientis eos, decepto pectori plausum
 Ingeminat, meliora sibi proponere cernens,
 Possit ut impositæ causæ gestare trophyum.
 Istius accessu, sic excusare Ministri,
 Fuderat ingentes animi quos gloria, sumptus.
 Ambo sīc incedunt secreti antè Sabaudum,
 Enarrant illi quid iam sit in Vrbe peractum,
 Damna mortæ, inamineat quæ saeva pericula cunctis,
 Si celerem cursum, quæ sunt peragenda, retardent,
 Suppliciterque petunt acies, quas militis optant.
 Subditus ut Ducis, obsequiam Vaccherius offert
 Illi, quod tali profitetur origine Patris.
 Dūm firma uirtute fuit non potus egere,
 Dux illum, ueterisque sua complectitur arte,
 Et

Et blandus recipit studio, uerbisque, ferocem.
 Nobilitatis cum laudat ludibria passum
 Non esse, & socios celebrat quod vindicet armis.
 Est quæ pollicitus, tunc corde, nec ore recusat.
 Inde petit, teneat quas conspiratio vires,
 Spem sibi quam putet euentus, qua temporis hora,
 Coniuratorum numerum sequensq; requirit.
 Ordinis is dedit audacis responsa roganter.
 Te reddat certum, & causas illustret amici
 Iuliani, contesta docens, epistola, fatur.
 Exhibit hanc, legit ille, neces quo scumquè sitire
 Nobilium, in quos vindictam speratq; futuram.
 Firmat, ab Ansaldo Dux, quæ promissa fuere.
 Afferit armigeros, quos querunt, mittere velle.
 Multimoda squalè vias proponit, multa loquentes
 Difficilem noscunt effectum, quamvis in Urbem
 Inducant acies, illis si fidere possint;
 Nec credunt faciles tantos adhibere fideles.
 Militiae statuunt tandem conscribere gentem,
 Cui seruire Duc in Patriam fuit utile bello,
 Disponi cuius facilis disiunctio possit,
 Dum cuncti maiora queunt hinc præmia ferre.
 Tandem Dux istis quæ sint precordia cernens,
 Illos indemnes reddit iurando per Altum.
 Nunc hæc tacta Crucifixi, quam seruat, imago

P

Hæc

Hæc profert dūm verba; fuit: præsentia primi
 Principis, vītestis, successorisquè vocatur)
 Exitum quando, casu, patiantur amici,
 Spondet, ut incolumes fiant, deponere vitam
 Nobilibus bello viuetis, quos carcere claudit.
 Talia pollicitus crudelem roborat illum,
 Cui fuit Hircanæ Tigris violentia mater;
 Qui exhibitum torque; præclaraq; dona recusat,
 Ut non præcedant operis, sua præmia, finem.
 A Duce dimissus, Comiti dictaq; salute,
 Disposito peragendarum prius ordine rerum,
 Occultus curat Genuam properare regressu,
 Ut Ducis enarret socijs promissa Sabaudi.
 Vnanimes isti plaudunt redeuntis amori,
 Et Ducis ingenio, cuius dūm prompta reportent.
 Subsidia, infensos animos, viresque resumunt.
 Horum quisquè moræ, nulli parcituè labori.
 Quàmplures prauos sceleri Vaccherius vnit,
 Nicoleo fidens Zignago ab origine crimen,
 Principium cuius fuit arte secare capillos,
 Tum studio præerat reliquis Chirurgus in Vrbe,
 Criminibusq; suis fuerat paulò antè minister,
 Hæc noua sic facilem reperit grauiora sequentem,
 Redditus ut citò sit cunctis immanior iste.
 Bartholomæum Grandinum quoq; crimine fœdat,
 Eius

Eius & auxilio Compianus Julius errat,
 Nicoleo, hi, Relæ socii seruire solebant
 Vilibus in rebus, Regisq; Tryremibus, adsum
 Quæ Portu Genuæ; sic gens deterrima voluit
 His poterat, dum naualis plebs indiget illis.
 Porciferas gentes conscribens, inde sequaces
 Officijs Stephani, & Contardi Saunionum
 Quærit in Urbe viros, addit stipendia multis,
 Quos nummis captos sceleris non reddis apertos,
 Nobilium simulans porrectas ordinis causas
 Esse, quibus prompta virtute resistere curat.
 Attrahit ad turpes plerumq; pecunia labes
 Sed paucis, licuisset ei cordonibus vti;
 Perfidiamq; omnes cupidi de mente fugassent,
 Hæc dum vidissent in Partes arma reuoluit
 Indomitique sciens, quod mens, & gesta ximentur
 Barrtholomai Consiliari, valle Bisannis
 Orti, brutarum viuentis more ferarum,
 Exhibet huic Duci illatum diploma Sabaudi,
 Illum per quod honore vocat, recipitque Tribuni,
 Quo sequitur partes animi, viresque rogantis;
 Hinc motus incompositos Bertoria firmat
 Franciscus, cuius sensus audacia nutrit,
 Quos Clemens de Curtis inclemetior auget,
 Auxilio quorum (ipsi veterant) pro criminè scripti

Quāplures nummos habuerunt militis actu.
 Istis astabat rebus Furnarius opprens
 Se vano plausu, quo Dux tumefecerat illum;
 Ante suis voluit dūm respondere petitis.
 Criminis ad socios, & se, non pauca, tegendos
 In reliquos laedendos atque parauerat arma.
 Huic dedit auxilium riuumris Hieronymus, illi
 Sobrinus, plenèquè dolosè conscius artis,
 Incautus què dotis fuit irretitus Acinus
 Syluanus, doctus virtutes iuris, & annis
 Sub primis tectus teneras lanugine malas,
 Principium natale dedit cui Patris honestum
 Plures, quos nummai, pretioquè vocauerat arrha
 Francisci medio Ghilioni, iam esse paratos
 Testatur: socios ad finem fortiter urget.
 Iam tot erat sticorum mala conspiratio fructu
 Gentibus, & tantis omibz patentibus armis,
 Innumeri brevibus scopulis, & in Urbe rotatis
 Armati procedebant, istisquè repletas
 Quisq; tellere domini audiebat temerariis arcass
 Zignagus centum thoraces emerat æcis,
 Quos simulare putans studiosa temperat armis
 Nobilibus prelio fingens, hos tradere velle.
 Immissas Blancus Taurinum cuncta referre,
 Et Ducis (ut citius veniant) incendere vires,

Am.

L I B E R VI.

Ambiguis verbis detentus, ferò redibat.
 Quis velut immineat scopulorum culmine summo,
 Instabiliq; gradu discedere curat ab illo;
 Incæptum nequit excusum retinere, pedemq;.
 Procidit auulsus, ruit & de vertice præceps.
 Non miq; ille moræ dubio Vaccherius horret,
 Quam multis patefacta viris vestigia sinein,
 (Si scelus effectum procrastinet) antè recidant:
 Hortatur socios furijs agitatus Auerni,
 Et timidis uellens animis metuenda, sequentes
 Se laudat, pauidos firmat, sic excitat omnes (passus).
 Ut scelus hebdomada, qua est AGNVS, sanguine,
 Crimina nostra luens (erat hæc iam proxima) rupat.
 In medium surgente diem dum Sole vocatam
 Angelico Christi Genitricem more salutant.
 Omnes (horrescant animi) spoliare Senatum
 Vitâ decernunt; astet Furnarius armis
 Dans signum socijs Kysto, quem Regia pandit:
 Prædicto, ut narrant, sociatus Martiniono
 Aulæ sublime in solium citò debeat ire,
 Occidat Patres; tunc Consilierus eodem
 Tempore decurrit, loca & Armentaria frangat.
 Fortes præsidij Germanos occupet ille
 De Curtis, acies pariter Bertora trucidet.
 Principis illius, quo pendent iura Senatus

De-

Debebant Populo transfossa cadauera sterni,
 Libertas cunctis dum illis repetita fuisset,
 Antiquam Ligurum formam clamore vocando.
 „ Heu quibus est species pia libertatis Auorum,
 „ Impietas quorum pietatis imagine fertur.
 Detectisq; palam scoplis Vaccherius audax,
 Porciferis, alijsq; viris sociatus, & illis
 Crimine conscriptis plateas debebat adire
 Ante Perystilij, totam, reliquasque, per Vrbem,
 Nobilium quibus est solita ingens copia cogi,
 Et Populo commoto, seditione coorta,
 Cädere Nobilitatis eos quoscumq; videret.
 Inde sequiturus Zignagus robore gentis
 Ornatae iam perfectis thoracibus æris,
 Hunc erat, insinuans socios, ignobile vulgus
 In Patres sœuire pios simile esse paratum.
 Illos vel dominibus, vel quos occurrat in Vrbe
 Quoslibet Illustris Generis, vel sedula nutrix
 Quos alit, hinc erat, inter eos, fera cura necandi.
 Quis furor, ò furiæ, quæ, quæuè licentia vobis
 Tanta erat in Patriam, tantum sorbere cruorem?
 Quæ vos crudeles poterat dementia ferre,
 Incautos Ciues, imbelles esse futuros?
 Militiae vestrae ductores ordine quoniam
 Vsi essent, functiue? suo si munere custos

Tran-

Transennam, portamuè manu firmasset apertam?
 Vos'deturbasset Maiestas, quamuis inermis?
 „ Comprimit ista dolos temeratos, terret & omnes.
 Si in vos firma fides Populi conuersa fuisset,
 Ex vobis qui Germanos superare putarat?
 Quis reliquias acies armato milite promptas?
 Forsàn de Curtis, forsàn Bertora minantes?
 „ Obstat militiæ latronum viuere ritus;
 „ Ut bello differt, nemoris furtificus vsus.
 Militis ò nomen quot, quot stipendia sumunt,
 Se dare sèpè fugæ, numquàm ad certamina, visi!
 Virtus vestra, fides Ducis, & spes, ergò stetissent?
 „ Audet inexpertus quis, quæ timet indè probando.
 Custodem Diui Mayolus ad Ostia Thomæ
 Ille tenebatur socijs superare Cohortem;
 Egressura sequi debebat crimina cuius.
 Turma cruentorum duri resoluta catenis,
 Publica, cum domibus, vastantes horrea, cellas
 Collectam facerent omnes, melioraq; rerum
 Decreuere dari Ducis, horum munera, nato,
 Dispositas acies laturum quem esse putabant,
 Inter se reliquum dùm partirentur amici.
 Nobilitatis erant concordes vellere stirpem,
 Cui si spirasset ventum fortuna secundum,
 Cunctis, perniciosa Comes, discordia Regnis

Rixas

Rixas inter eos plures sitibunda tulisset.

Pars Ducis imperium cupiunt; pars altera Gallos,
Non minus antiquas alij legesq; peroptant.

Huius nolis erant faciles si rumpere formam,
Haud regimen potuislent hi renouare scelesti.

„ Destruat ignauus scriptas quascumq; tabellas,
„ Quod sapientis erit leges formare recentes.

Sed Deus omnipotens, vindex dum crima punit
Iusti placatus miti pietate Senatus,

Hunc certum fecit sola virtute Rodini

Francisci, qui vico, non ignobilis ortus,

Occiduæ partis quem continet Ora, Diani,

Missus in exilium cuiusdam morte, Sabaudo

Sumpserat à Duce prædicti stipendia belli.

Huic Patres dederant veniam, Genuæq; remissus,
Exulibus reliquis Ligurum præstabat in armis,

Vxor sed fuerat terris detenta Sabaudis,

Ac erat huic gener antiquè Bertoria fidus,

Qui illi declarat curas, quas peccore claudit,

Ingenio ut prospicit socijs, quo præditus extat.

Hunc fuit affatus dulci Vaccherius ore,

Instruxitq; dolis, cautè quibus, inde precatur,

Adsit , dum lecti curabunt cædere Patres.

Egressus, tum nocte domi sibi cuncta reuoluit,

Cogitat horrendi funesta pericula casus,

XXXII

Quam

Quām dūbiū teneat pergrandis machina finem,
 Præmia quæ fuerint Patres mercede daturi.
 Et confusa videns ad tales prompta paratus,
 A coniuratis statuit percepta referre.
 Res varias mota perpendens mente, modosq;
 In tenebris Thomam secretus Clauari adiuit,
 Ordinis hic vñus suprémi habitabat in Aula,
 iam dicti Ligurumquè Ducis germanus vt esset,
 Expositum fratri, & socijs narrare rogatur.
 In reliquos sua damna refert, oratq; Senatum,
 Exigat vt pñas, nec crimen linquat inultum.
 „Est virtus propriam culpam moderare scientis,
 „Cui magno laudis iuuat indulgentia censu.
 Præmia polliciti Patres maiora (reportent
 Coniuratorum nodum si dicta solutum)
 Horrescunt omnes visu, sensusq; vicissim,
 Quomodò perfidiam possint superare, requirunt.
 Vindictam plures subitam disponere quærunt,
 Noctu namquè domi securis omnibus vna
 Depensis, poterunt vitare peticula Ciues.
 Dant exempla modis, quos experientia Romæ
 Conscriptos Patres docuit iam casibus istis.
 Ponderat alter, erit si motio noctis, & horro,
 Vult quis, principijs egeat dulcedine factum,
 Quis, quod iusticiæ soleat mora sistere cursum,

Q

Quem

Quem repeat numerum, quis, conspiratio; scire;
 Nemùm, collectis votis, conuenit in ynum
 Publica consiliu; Patrum concorde voluntas.
 A coniuratis sceleratas sumere pænas;
 Ermipius Lictor capiendi clarus in arte
 Corripiat Clementem Curtę, & Consilierum,
 Continuò solitos Kystis astare Senatus.
 Aułe commotæ, rerum nouitatis apertus
 (Fidere nàm nummis poterat Vaccherius illo)
 Tunc fuit; inficiata fides Lictoris, onusta
 Reddedit & Patrum, sic mollia, iussa labore.
 Notitiāq; data inter eos, dùm cuncta susurrant,
 Crimine descripti per pressas illicò valles,
 Et montes rapuere fugam, Bertoria, Blancus
 Omnes antè Ducem validi se ferre Sabaudum.
 Saxa per, & scopulos Ruffus, Vaccherius, ambo
 (Nàm maris ad Cœlum surgebant æqua ventis)
 Ipsa perueniunt ad Recchum nocte pedestres.
 Aspera Mayolus tetigit per cliua Liburnum,
 Ex quo nauigium ad Gallos descendere curat.
 Ad Conuentum perductus Julianus ab Urbe,
 (Insula quo Faustinus erat pro criminе tectus
 In me collati descriptus vulneris exul)
 Huic latè post cuncta relata, viroquè paratus,
 Se ad Serrualem profugus, lassusq; reduxit.

Ad

Ad quam Syluanus paulò perueherat antè.
 Zignagus tantum fuit, è tot, cartere clausos,
 Vilis quo vindis genuflexus brachia palmis
 Extollit, lachrimisq; genas humectat amarè.
 Non minùs vt pecudes dispersè fulminis i^gtu,
 Huc omnes currunt, culpæ terrore, vel illuc,
 Quilibet ingenij, sensus, pauperium artis
 Territus, & lachrymis, fructuq; doloris abundat.
 Ingentis molis grauitas si terret, & omnes
 Edocet, vt celeres abeant, dàm tarda mouetur;
 Munere Diaino mitis prudentia Patrum
 Ducta fuit, nám cinxerunt tunc ethera nimbi,
 Pluribus vnda maris fuit & turbata diebus,
 Fluctibus vt nemo vastis accesserit æquor.
 Dispositis rebus Supremo ex ordine Patrum,
 Officijs instantibus Oratoris Iberi,
 Syluanus, vindis manibus, Furnarius atq;
 Evico Serræuallis ductintur ad Vrbem.
 Nemine spumosis se auro Vacchius vndis
 Fidere (nec præioso ad amante) reperto,
 Consilio parcus, statuit propestate retrosum
 Cum Ruffo, eius & ædes accessere latenter.
 Nec Fratris pietate, Patris vel amore receptis,
 Hinc dedit angustum domus illis rustica tecum;
 Et Patriæ meritis, non donis, moxa voluntas.

Q 2 Ruf.

Rufforum procerū reos decreuit honesta.
 Sanguinis indigni poscunt in præmia vitam.
 Consilioq; Draghi Augustini vtuntur, & arte
 Causidici, nè possint res errare, modumue.
 Egregiam mentem Rufforum decipit iste,
 Partos à Patribus nummos, binochè requirit
 Indemnes, prompto reculit qui cuncta Senatu.
 Ambo dūm cincti ferro, & compagibus arctis
 Carceris in tenebras vulgo traherentur ouante,
 Atquè Hieronymus hic fuerit Furnarius atris
 Compedibus, vincis nexus, cum Martiniono,
 Visa fuere, reis deuinctis, gaudia cunctis,
 Aduersos quibus ante dedit patefactio sensus.
 Nobilitas turam se nāmq; videbat ab istis.
 Cuncta nec esse modo prauimutata dolcebant,
 Vulgus, quod sibi cessasset vastatio rerum.
 Sed velut officijs agitat venatio plures,
 Qua dūm gaudet Herus, serui, reliquiq; fatiscunt,
 Si tandem clamore premunt ad retia prædam
 Vtitur hac Dominus, nec non latentur & omnes,
 Sic ad depresso roga. Vrbs se læta cerebat,
 Auctores sceleris morituros certa videre,
 Dūm timet impatiens qua finem, cuncta, retardat
 „ Proditor insidias tractat dūm corde latentes
 „ Redditur exsus, vel proditionis amicis.

Iudicium

Judicium capitis formant mandata tenentes
 Pallavicinus Lucas, Balbius et Iacobus,
 Integritate probi, supremi ac ambo Senatus,
 Consilium qui de Turri Raphaelis habebant,
 Cui, veluti torrens, dicendi est copia iuris,
 Et quo manauit tam mira scientia facti.
 Nec vacat extremos Dux horum audire labores
 Taurini, non Ansaldus Comes ille tenebat
 Ora; Duci memorat, ne vox ingrata reuoluat,
 Defendat miseris, quibus ac insigne salutis
 Præsidium reputet verbo solùm esse futurum.
 Gloriæ, quæ fuerit, gentes sua pendat in omnes.
 Talia fatus erat, qui tantum damna videbat
 In socijs; animo Ducis hæc tormenta quietem
 Reddiderant lassam, cui somnum nocte negabant,
 Criminis illatam maculam sibi ponderat huius,
 Consortem talis culpæ, tantiq; cruoris
 Ardentem, fuerint reliquis quæ dicta, remordent,
 Dulcia dum positis mitescunt foedera bellis;
 Illius & magis urgetur mens turbida curis,
 Nam videt euentum, ut leuis, euane scere, fumus,
 Prosperitas cuius poterat coelare scelestum,
 Multiplicare dolos, rauult, quam corrigat ynum,
 Sic fuit inde palam Consaluo Cordubæ (Ibera
 Dum Arce Casalensi studet obsidione potiri)

Nota

Nota sibi coniuratorum criminis fassus, ut inimicis
 Esse viros, quibus ipse dedit diploma salutis.
 In Ligures, in quos, vt in hostes, arma tulissent,
 Foedere quæ iam contracto detenta fuere.
 Illos, hortatur, moneat, quod paena suorum
 (Sic appellat eos, vt laudem à crimine suntant)
 Quam patientur, eis dabitur, quos carcere frænat.
 „ Sæpius auxilio scelerum male gesta fouentur.
 His, alijsq; modis vrget, persuadet & illi
 Ambitione, graui, capiendi, qpm obfideret, Arcem,
 Effectum cuius poterat turbare Sabaudus.
 Auria pereipiens Princeps, dum Castra videbat,
 Hispani Ducas, & percunctatoris apertos
 Sensus: huius, vt arte queat seruare scelestos,
 Illius: vt brevior sibi sit contentio Castri,
 In Patriam magno percussas amore Parentum,
 Spem dedit incertam, virtutem, animosq; viriles
 Exponit Ligurum, & stimulos sub pectori vertit,
 Fortes esse viros, sed debilitate cadentes
 His curis, illos, Patriamq; relinquere iurat.
 Nobilis ingenui tam declarata voluntas
 Nec valuit mentem instantis retinere tonacem.
 Alararus hæc Losada fuit mandata referre
 Iussas, vt Oratoris ope, hortatusq; Senatum
 Arbitrijs fuerit, quibus his Respublica rebus

Vtile

Vtile consilium sumat, vitesq; futurae,
 Quod, si vita se sis datur, afferat, esse sequuntur.
 Sed si noscatur contraria sensibus istis;
 Coniuratorum pñas, vel mortis, easdem
 Esse solutur ps deuinctos ante Sabaudum,
 Asturumq; nouis bellum, sive fædere, causis.
 Nunciet esse Duxem, quo disertissimus armis
 Vndiq; Beawinato possit Ligurumq; suisq;
 Rebus consulere, & sic pñae tempus honestum
 Obtineat, quo sint vincit compendia vite
 Qua, post Aduentus Arcis, non ipsa carebit.
 Ut iam Rex caret haec illis si funera dantur astibua
 Notitijs habitis Losadae ac eius in Urbe.
 Aduentus, audiatis, que mandata fererat,
 Cuiibus ægra fuit cunctis compatio mentis.
 Præteriti belli causa quicunq; regnulit,
 Fædera (quæ sine Hispanis tractata fuisse,
